L'ANTIQUITÉ EXPLIQUÉE, ET REPRÉSENTÉE EN FIGURES.

TOME TROISIEME.

Les Uſages de la vie.

PREMIERE PARTIE

Les Habits, les Meubles, les Vaſes, les Monoyes, les Poids, les Meſures, des Grecs, des Romains & des autres Nations.

Par Dom BERNARD DE MONTFAUCON
Religieux Bénédictin de la Congrégation de S. Maur.

A PARIS,

Chez { FLORENTIN DELAULNE, HILAIRE FOUCAULT, MICHEL CLOUSIER, JEAN-GEOFFROY NYON, ETIENNE GANEAU, NICOLAS GOSSELIN, Et PIERRE-FRANCOIS GIFFART.

M. DCCXIX.
AVEC PRIVILEGE DU ROY.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

L'ANTIQUITÉ
EXPLIQUÉE
ET REPRESENTÉE EN FIGURES.

TOME TROISIEME,
QUI COMPREND CE QUI REGARDE LES USAGES
DE LA VIE.

PREMIERE PARTIE.

ANTIQUITAS
EXPLANATIONE ET SCHEMATIBUS ILLUSTRATA.

TOMUS TERTIUS,
IN QUO OMNIA AD VITÆ USUM SPECTANTIA.

PARS PRIMA.

LIVRE PREMIER,

Où il eſt parlé de l'habit des Grecs & des Romains.

CHAPITRE PREMIER,

I. La tunique habit des Grecs & des Romains. II. La tunique interieure. III. Si les anciens avoient l'uſage des chemiſes & du lin ; & qu'étoit ce que la Calaſiris. IV. Les tuniques des Romains. V. Les tuniques des Grecs.

NOUS n'avons parlé juſqu'à preſent que de la Religion, c'eſt à-dire des dieux, de leur culte, & de toutes les actions qui avoient rapport à la divinité. Le ſujet de ce tome eſt tout ce qui regarde les uſages de la vie, tout ce que l'homme a inventé tant pour la neceſſité que pour la commodité & pour le plaiſir. Les choſes qui le touchent de plus près ſont les habits, les maiſons & la table : c'eſt auſſi par là que nous commencerons ce tome : de là nous paſſerons aux meubles, aux monnoies, aux poids & aux meſures · les édifices publics & les ſymboles des nations & des villes finiront la premiere partie de ce tome.

I. L'habit le plus ordinaire des Grecs étoit la tunique, appellée chez eux *chiton*, eſpece de robe qui deſcendoit juſqu'au genou, & quelquefois juſqu'aux talons ; les Grecs appelloient ces tuniques longues ποδήρης χιτών. *Stole*

LIBER PRIMUS,

Ubi de veſte Græcorum & Romanorum.

CAPUT PRIMUM.

I. Tunica veſtis Græcorum Romanorumque. II. Interula ſive tunica interior. III. An veteres induſiis lineiſque veſtibus ſint uſi, & quid Calaſiris. IV. Tunicæ Romanorum. V. Tunicæ Græcorum.

HACTENUS ſacrorum religiones tractavimus ; ea videlicet omnia quæ ad deorum cultum, actuſque humanos numinum reverentiam honoremque ſpectantes, pertinebant. Hujus tomi argumentum erunt ea quæ ad vitæ uſum pertinent, quæque homines ad neceſſitatem, ad commodum, ad voluptatemque excogitarunt. Hoc in genere quæ potiora habentur, veſtimenta ſunt, habitacula, menſæ ; ab his exordium ducetur. Hinc procedetur ad ſupellectilem, domeſtica inſtrumenta, vaſa cujuſvis generis, ad nummos, pondera, menſuras. Primam hujus tomi partem complebunt ædificia publica, ſymbolaque regionum atque urbium.

I. QUOD in uſu magis apud Græcos veſtimenti genus, χιτὼν ſeu tunica erat, quæ ad genua & nonnunquam ad talos uſque defluebat ; hæc largior tunica ποδήρης χιτὼν, *tunica talaris* vocabatur. ſολὴ

chez les Grecs ſe prenoit le plus ordinairement pour toute ſorte d'habit tant des hommes que des femmes. Les tuniques des Grecs avoient des manches aſſez étroites: la tunique étoit commune aux Grecs & aux Romains; mais les Romains avoient des manches larges extremement courtes, & qui ne venoient pas même juſqu'au coude, comme l'on peut remarquer dans un grand nombre de ſtatues que nous donnerons ci-après.

II. Outre cette tunique exterieure pluſieurs en portoient une autre ſur la peau, qui tenoit lieu de chemiſe, & que les Grecs appelloient χιτωνίσκος, & les Romains *interula* ou *ſubucula*. Anciennement ces tuniques interieures étoient de laine, du moins celles qui ſervoient aux hommes. Je ne ſai ſi chez les Romains l'on trouve l'uſage du lin pour les hommes avant Alexandre Severe qui ſe ſervoit de lin ſelon Lampridius qui a écrit ſa vie; cet Empereur, dit-il, aimoit le linge le plus beau & le plus fin, & ſembloit le preferer à la pourpre; il regardoit comme une folie de brocher d'or le linge, diſant que cela ne ſervoit qu'à le rendre plus rude & plus tendu. L'uſage du linge étoit donc introduit dès ce tems-là même pour les hommes. Il n'y a pourtant guere d'apparence qu'il fût encore generalement reçu; nous ne ſavons pas même ſi l'on s'en ſervoit pour ce que l'on appelloit *interula* ou *ſubucula*; c'étoit la tunique interieure, ou ce que nous appellons aujourd'hui la chemiſe. Varron en ſon livre 1. dit qu'après que les Romains eurent introduit l'uſage des deux tuniques, ils commencerent à ſe ſervir des mots *ſubucula* & *induſium*; c'étoit ſans doute pour marquer la tunique interieure qui étoit encore de laine. Auguſte, dit Suetone, portoit en hiver une toge de groſſe étoffe, quatre tuniques, & une *ſubucule* ou une tunique interieure qui étoit de laine. Horace l'appelle de même *ſubucula*, c'étoit la même choſe que ce qu'on nommoit *induſium*, qui ſelon Nonius Marcellus étoit celui des habits qui touchoit au corps. Nous ne voions pas juſqu'ici aucun uſage du linge pour les chemiſes: il y a apparence qu'on ne s'en eſt ſervi pour cela que dans des tems fort poſterieurs.

III. Les femmes s'étoient apparemment plutôt ſervies de robes de lin que les hommes: Varron rapporté par Pline dit que c'étoit une coutume de pere en fils dans la famille des Serrans, que les femmes n'y portoient point de robe de lin. Cela étant remarqué comme une choſe extraordinaire, il paroit certain que l'uſage du lin étoit ancien à Rome pour les femmes; ſur quoi le Ferrari

---

apud Græcos in uſu vulgari erat pro quolibet veſtimenti genere tum virili tum muliebri: tunica Græcorum manicis, iiſque anguſtis inſtructa erat. Tunica in uſu perinde Romanis erat; ſed hi manicis latioribus brevioribuſque utebantur, quæ nequidem ad cubitum uſque pertingerent, ut in ſtatuis bene multis quarum imagines afferemus, obſervatur.

II. Præter tunicam illam exteriorem, aliam multi interiorem geſtabant corpori adhærentem, quam Græci χιτωνίσκον, Romani interulam vel ſubuculam vocabant. Principio tunicæ illæ, ſaltem quæ viris in uſu, laneæ erant. Neſcio utrum apud Romanos lineæ veſtes viriles occurrant ante Alexandrum Severum Imperatorem, qui lineis utebatur veſtibus teſte Lampridio c. 40. *Boni linteaminis*, inquit, *appetitor fuit & quidem puri; dicens, Si lintei idcirco ſunt ut nihil aſperum habeant, quid opus eſt purpurâ? In linea autem aurum mitti etiam dementiam judicabat, cum aſperitati adderetur rigor.* Linearum igitur veſtium uſus illo tempore inductus erat, etiam pro viris. Neque tamen videtur apud omnes receptus fuiſſe; neque ſcimus an linum pro interiori veſte, interula videlicet aut ſubucula corpori adhærente in uſu tunc fuerit. Varro l. 1. de vita populi Romani, cujus locus affertur a Nonio Marcello in voce *Subucula*, ſic ait: *Poſteaquam binas tunicas habere cœperunt, inſtituerunt vocare Subuculas & induſium.* Hæ voces interiorem tunicam, quæ adhuc lanea erat, ſignificabant. *Auguſtus*, inquit Suetonius n. 82. *hieme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubuculæ thorace laneo & feminalibus & tibialibus muniebatur.* Horatius item l. 1. epiſt. 1. tunicam interiorem ſubuculam vocat, eratque ſubucula idipſum quod induſium nominabant, *veſtimentum*, inquit Nonius Marcellus in hac voce, *quod corpori intra plurimas veſtes adhæret.* Hactenus ergo nullum videmus linteaminum uſum ad interulas quæ hodie *Camiſiæ* vocantur, videturque hæc conſuetudo longe poſterioribus inducta ſæculis.

III. Mulieres, ut videtur, lineis veſtibus prius quam viri ſunt uſæ: Varro a Plinio allatus lib. 19. c. 1. ait in Serranorum familia gentilitium eſſe feminas linea veſte non uti. Cum hoc ut ſingulare quidpiam obſervetur, hinc arguitur linearum veſtium uſum Romanis mulieribus antiquum fuiſſe: cujus rei occaſione

remarque que Plaute qui donne quelquefois des robes de lin aux femmes, n'en donne jamais aux hommes: mais nous ne trouvons pas que dans ces anciens tems les femmes s'en ſoient ſervies pour des chemiſes, non plus que les hommes.

L'uſage du linge étoit auſſi fort ancien dans la Grece; il paroit par ce qu'-Herodote dit, que les Grecs faiſoient commerce de lin dans divers payis; ils appelloient, dit-il, le lin de Cholcos Sardonique, & celui d'Egypte Egyptien. Xenophon parle plus clairement du commerce de lin dans ſa republique des Atheniens. Tous ceux qui vouloient entrer dans l'antre de Trophone pour y conſulter l'Oracle, portoient une robe de lin, dit Pauſanias; mais on ne ſait pas quand eſt-ce qu'ils ont commencé à en faire des tuniques interieures ou des chemiſes.

La Calaſiris, dit Herodote, étoit une tunique de lin frangée par le bas, que les Egyptiens portoient ſous un habit de laine blanche; mais quand ils entroient dans les temples, ils ôtoient leurs habits de laine, ne leur étant pas permis d'y paroître qu'en habit de lin. Ces Calaſiris ont l'air d'avoir ſervi aux Egyptiens qui alloient vêtus legerement, d'habit & de chemiſe en même tems. Il paroit que la Calaſiris a été auſſi en uſage chez les Grecs: le Scholiaſte d'Ariſtophane *in avibus*, & Heſychius l'appellent χιτὼν πλατύσημος, la tunique au clou large; nous expliquerons plus bas ce qu'on entendoit par le clou large. On croit que l'uſage du lin a paſſé de l'Egypte dans la Grece. Les Prêtres d'Iſis & d'Anubis étoient vétus de lin, ne leur étant point permis d'entrer dans le temple en habit de laine, comme nous venons de dire. Il leur étoit même défendu de ſe ſervir de laine pour enterrer leurs morts: en effet nous voions que les mumies ſont toujours enveloppées de linge & de bandes de toiles, & jamais de laine.

IV. Les tuniques que les Romains portoient ſous la toge, avoient des manches ſi courtes, qu'elles n'alloient pas même juſqu'au coude. Ces tuniques deſcendoient ordinairement juſqu'à la cheville du pied: nous les voions à peu près telles dans les images que nous donnerons plus bas; quoique. comme il arrive preſque en toutes ces choſes qui regardent l'antiquité, nous n'y remarquions pas beaucoup d'uniformité dans la longueur des tuniques; car pour les manches elles ſont ordinairement fort courtes. Ciceron

---

annotat Ferrarius de re veſtiaria l. 3. c. 3. Plautum qui lineas mulierum veſtes aliquando commemorat, nunquam virorum ſimiles dixiſſe; neque tamen reperimus mulieres unquam lineis interulis ſeu *camiſiis* uſas, ut neque viros.

Lini linearumque veſtium uſus in Græcia etiam antiquitus adhibebatur: ex his quæ ait Herodotus lib. 2. c. 105. liquidum eſt Græcos ex variis regionibus linum advexiſſe; linum Colchidis vocabant Sardonicum; ex Ægypto comportatum, linum Ægyptium appellabant: apertiuſque eam rem perhibet Xenophon in republica Athenienſium p. 697. Quotquot in antrum Trophonii Oraculum conſultum intrabant linea veſte induebantur, inquit Pauſanias in Bœot. p. 603. Ignoratur tamen quandonam illi χιτωνίσκους ſeu interulas ex lino primum concinnare cœperint.

Calaſiris, inquit Herodotus lib. 2. c. 81. tunica erat linea exornata fimbriis, quam Ægyptii ſub lanea exteriori veſte alba geſtabant; cumque in templa ingrediebantur, veſtes laneas deponebant, nonniſi enim lineis cum veſtibus eo intrare licebat. Calaſiris illa, ut quidem videtur, & tunicæ ſimul & interulæ loco ipſis erat, cutemque tangebat; nam tenuiore illi veſtitu utebantur. Calaſiris etiam Græcis in uſu fuiſſe putatur; Ariſtophanis ſcholiaſtes in *Avibus*, & Heſychius illam ſic interpretantur χιτὼν πλατύσημος, *tunica laticlavia* vel *lati clavi*; quid per latum clavum intelligatur infra dicemus. Lini linteorumque uſus ex Ægypto in Græciam tranſiiſſe putatur. Sacerdotes Iſidis & Anubidis lino veſtiebantur; neque enim licitum ipſis erat in templa cum laneis veſtibus ingredi, ut jam diximus. Vetitum etiam erat defunctorum corpora laneis circumdare pannis. Sane videmus *mumias* omnes, ut vocant, lineis faſciis involutas, nunquam laneis. Hactenus de tunicis illis interioribus ſeu ſubuculis.

IV. Tunicæ illæ quas Romani ſub toga geſtabant, breviſſimis manicis inſtructæ erant, quæ ne ad cubitum quidem uſque pertingerent; ad pedis malleolos circiter defluebant. Tales conſpicimus in imaginibus inferius proferendis, quamvis, ut in iis rebus quæ antiquitatem ſpectant obſervatur, non ſemper illæ eadem omnino ſint forma, nec eadem longitudine: manicæ tamen breviſſimæ ſolent omnino eſſe. Cicero

parlant du luxe des compagnons de Catilina, dit qu'ils portoient des tuniques qui deſcendoient juſqu'aux talons, & à longues manches, & que leurs toges étoient grandes comme des voiles. Ces tuniques n'avoient point d'ouverture ſur le devant, comme il paroit dans preſque toutes les images que nous donnons en aſſez grand nombre: comme elles étoient aſſez larges, ils les ſerroient d'une ceinture, qui paroit en certaines images où la toge ne la cache pas.

V. On ne trouve guere de ſculptures des anciens Grecs avant qu'ils fuſſent ſoumis à l'empire Romain. La plûpart de celles que nous donnons ici, ſont des tems poſterieurs, où ils avoient déja perdu leur liberté. Leurs tuniques paroiſſent de même forme que les Romaines, à quelque petite difference près; les manches étoient courtes de même: ces manches s'appelloient en grec χειρίδες; mais dans l'une & l'autre langue ces deux mots χειρίδες & *manicæ*, ſe prenoient auſſi pour des gands, dont l'uſage étoit chez les anciens, quoique moins frequent qu'aujourd'hui.

Ceux qui ſervoient à table étoient aſſez ordinairement vêtus de lin: leurs tuniques étoient larges, ſerrées d'une ceinture, & relevées par devant & ſur les côtez: nous en parlerons plus bas au chapitre de la table.

Catilinæ ſodalium luxum mollitiemque notans ait 2. Catil. 22. ipſos geſtaſſe tunicas talares & manicatas, togaſque velis ſimiles. Illæ tunicæ non erant in anteriori facie apertæ, ut in omnibus fere ſchematibus quæ amplo numero proferemus, conſpicitur: quia autem illæ amplæ latæque erant, zona ſtringebantur, quæ zona in nonnullis imaginibus cernitur, ubi ea togis non operitur.

V. Pauca anaglypha occurrunt quæ Græcos illos veteres a Romanis nondum ſubactos efferant; eorum quæ infra proferentur maxima pars poſterioris ſunt ævi, cum jam illi libertatem amiſiſſent. Tunicæ eorum Romanis ſunt fere ſimiles: manicæ breves, quas illi χειρίδας vocabant: verum χειρίδες græce, & *manicæ* latine, pro chirothecis etiam accipiebantur, quarum uſus priſcis illis temporibus licet infrequentior erat.

Qui menſæ miniſtrabant lineis ut plurimum veſtibus induebantur. Ipſorum tunicæ latiores erant, ſed cingulo conſtrictæ undique largos ſinus efficiebant, quod in pocillatoribus infra videbimus.

CHAPITRE II.

I. Ce que c'étoit que la Chlamyde. *II. Sa forme. III. Elle étoit en uſage chez les Romains. IV. Ce que c'étoit que la* Chlene.

I. LA *chlamyde* habit ancien chez les Grecs fut auſſi en uſage chez les Romains; on la mettoit ſur la tunique comme un ſurtout ou comme un manteau. Voila ce qu'il y a de certain; car pour ce qui eſt de ſa forme les auteurs ne ſont pas plus d'accord entre eux, que ſur la plûpart des autres vêtemens des anciens. Quelques-uns ont dit que c'étoit la même choſe que la toge Romaine; mais ce ſentiment eſt rejetté de la plûpart: d'autres diſent plus vraiſemblablement qu'elle ne differoit point du *ſagum* ou *paludamentum*, fondez ſur l'Etymologique qui dit que la *chlamyde* eſt ce qu'on appelloit σάγος, & ſur la définition de Nonius qui aſſure, que le *paludamentum*

CAPUT II.

I. Quid eſſet chlamys. II. Ejus forma. III. Romanis etiam in uſu erat. IV. Quid chlæna?

I. Χλαμὺς, *chlamys*, vetuſti apud Græcos uſus erat, ad Romanoſque tranſiit. Ea ceu pallium ſupra tunicam geſtabatur: hoc quidem certum eſt; de forma enim diſceptatur a ſcriptoribus perinde atque de aliis fere omnibus veſtimentis. Non defuere qui dicerent chlamydem idipſum eſſe quod togam Romanam; alii veriſimilius dicunt a ſago aut a paludamento non differre, Etymologici nempe auctoritate nixi, in quo dicitur chlamydem idipſum eſſe quod σάγος vocatur; itemque Nonii Marcelli qui in voce *Paludamentum* ſic habet: *Paludamentum eſt veſtis quæ nunc chlamys*

étoit ce qu'on appelloit de ſon tems *chlamyde*. Chez les Grecs on ſe ſervoit de cet habit en guerre & en paix, comme pluſieurs auteurs en font foi.

II. La chlamyde étoit toute ouverte, & s'attachoit avec une boucle ſur l'épaule, en ſorte que le côté où s'attachoit la boucle étoit tout découvert. Ils mettoient ordinairement la boucle ſur l'épaule droite, afin que le bras droit demeurât libre, comme on obſervera plus bas ſur les monumens. Il y avoit deux ſortes de chlamydes, la Macedonienne, & la commune: la Macedonienne étoit ſelon quelques-uns fermée à l'extrémité d'en bas; on prétend trouver la forme de la chlamyde commune dans ce paſſage de Macrobe: *Les anciens ont dit que toute la terre habitable étoit ſemblable à une chlamyde étendue.* Mais Rubenius ſoutient qu'il n'y avoit aucune difference entre la Macedonienne & la commune. Il eſt en effet fort difficile d'entendre comment une chlamyde, qui étoit une eſpece de manteau, pouvoit être fermée à l'extrémité d'en bas: le paſſage d'Ammonius qu'on allegue pour prouver qu'elle étoit fermée en bas, εἰς τέλειον περὶ τὰ κάτω συνῆχθαι, peut fort bien s'entendre en cette maniere, que la chlamyde Macedonienne étant fort large, les deux côtez ſe réuniſſoient par le bas, ſans être joints ni couſus enſemble, comme les deux côtez de nos manteaux ſe touchent ſans être attachez l'un à l'autre. Demetrius roi de Macedoine, dit Plutarque, fit faire une chlamyde de grand prix, qui avoit la figure du monde, & qui repréſentoit les aſtres: ce qui ſemble marquer une chlamyde étendue & qui n'eſt pas fermée. Pline eſt plus clair lorſqu'il dit que Dinocharès qui bâtit Alexandrie ſous les ordres d'Alexandre le Grand, donna à cette ville la forme d'une chlamyde Macedonienne, qu'elle avoit la rondeur de la chlamyde avec quelques inégalitez ſur les bords, & que ſes deux angles s'étendoient à droit & à gauche: ce qui marque évidemment que la chlamyde Macedonienne n'étoit pas rejointe en bas aux angles des deux côtez. Cela prouve en même tems que la chlamyde Macedonienne ne differoit point des autres chlamydes, hors peutêtre pour la grandeur: ce nom de Macedonienne donné par les auteurs à cette eſpece de chlamyde, ſemble marquer quelque difference; mais on ne ſauroit dire préciſément en quoi elle differoit des autres, non plus que la Theſſalienne, dont parlent Heſychius & les autres Grammairiens, & à laquelle Philoſtrate dans ſes Heroïques ſemble donner une forme particuliere.

---

dicitur. Græci hoc veſtimenti genere domi militiæque utebantur, ut ex plurimis auctoribus arguitur.

II. Erat chlamys veſtimentum apertum, quod ad humerum fibula annectebatur, ita ut latus illud in quo fibula, apertum omnino detectumque eſſet, ut dexterum brachium liberum maneret; in humero dextero ut plurimum fibula ponebatur, ut videre eſt in monumentis infra. Duo chlamydum genera erant, chlamys nempe Macedonica, & chlamys communis uſus; Macedonica, ut voluere quidam, ab inferiori parte clauſa undique erat; communis vero chlamydis forma ex hoc Macrobii loco intelligitur: *Veteres omnem habitabilem terram extenſæ chlamydi ſimilem eſſe dixerunt.* At Rubenius de re veſtiaria l. 2. c. 7. nullum fuiſſe diſcrimen putat Macedonicam inter & communem. Sane vix intelligatur chlamydem, quod genus erat pallii, ab ima ora fuiſſe clauſam. Ammonii locus allatus a Ferrario de re veſt. part. 2. l. 3. c. 7. εἰς τέλειον περὶ τὰ κάτω συνῆχθαι, hoc utique modo explicari poteſt, chlamydis illius Macedonicæ, quæ latior ampliorque eſſet, extremas oras ſeſe mutuo contigiſſe, nec tamen conjunctas & aſſutas fuiſſe, quem admodum & in palliis hodiernis videmus. Demetrius Macedoniæ rex, inquit Plutarchus in ejus vita, chlamydem ſibi precioſiſſimam parari juſſit, quæ formam mundi exhiberet atque aſtra repræſentaret; id certe extenſam, non clauſam chlamydem ſignificare videtur. Apertius Plinius rem explicare videtur cum ait 5. 10. Dinocharen qui jubente Alexandro Magno Alexandriam conſtruxit, *illam metatum eſſe ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato lacinioſam, dextera lævaque anguloſo procurſu.* Quibus indicari prorſus videtur Macedonicam chlamydem non conjunctis inferne angulis clauſam fuiſſe: inde quoque probatur chlamydem Macedonicam a cæteris forma diverſam non fuiſſe; niſi fortaſſe dixeris longiorem latioremque fuiſſe: nam cum a ſcriptoribus *chlamys Macedonica* ſic expreſſe memoretur, aliquid diſcriminis interfuerit oportet: in quo autem Macedonica itemque alia quam Theſſalicam appellabant, ab aliis differrent non facile eſt divinare. Theſſalicam memorant Heſychius aliique grammatici, itemque Philoſtratus in Heroicis p. 645. qui videtur ipſi formam adſcribere peculiarem.

III. La chlamyde étoit auſſi en uſage chez les Romains; nous trouvons dans les anciens monumens pluſieurs Empereurs & Officiers d'armée avec cette ſorte de manteau qu'on appelloit *paludamentum* : s'il étoit la même choſe que la chlamyde, comme il y a apparence, & comme le dit expreſſément Nonius Marcellus, nous ne manquons pas de figures de la chlamyde, leſquelles nous donnerons plus bas. Il eſt vraiſemblable que l'epheſtride étoit la même choſe que la chlamyde; Artemidore dit expreſſément que ce qu'on nommoit chlamyde s'appelloit auſſi *mandyas*, *epheſtride* & *birrhus*.

IV. La *chlene* que les Romains appelloient lene, étoit en uſage dès les tems heroïques : c'étoit une eſpece de ſurtout, qui ſervoit à garantir du froid & des autres injures des ſaiſons : il y en avoit de doubles, & d'autres toutes ſimples ſans fourrure; on s'en ſervoit la nuit comme de couverture. On donna à Priam lorſqu'il coucha dans la tente d'Achille des chlenes fourrées pour ſe couvrir la nuit. S. Benoit veut qu'on en donne une à chaque Religieux, ſans doute pour cet uſage : *Stramenta autem lectorum ſufficiant matta, ſagum, læna & capitale*. Je crois que le Religieux ſe mettoit dans le *ſagum* ou le ſaie, & qu'il ſe couvroit de la chlene. On s'en ſervoit à la guerre, comme on peut voir dans l'Odyſſée d'Homere. Il n'eſt guere d'habit dont l'uſage ſe trouve plus frequemment dans les auteurs : il eſt quarré, dit Ammonius; figure propre à ſervir la nuit comme le jour. Il y avoit un autre habit à peu près ſemblable pour la forme, qu'on appelloit *chlanis* ou *chlanidion*, qui étoit d'une étofe plus legere & plus douce, & qui ſervoit aux femmes auſſi bien qu'aux hommes. On croit auſſi que la ſiſyre étoit une eſpece de chlene d'une étoffe plus groſſiere, & qui ſervoit auſſi le jour & la nuit.

Elien parlant du luxe des anciens Atheniens, dit qu'ils portoient des manteaux de pourpre, des tuniques de diverſes couleurs, qu'ils ſe boucloient & friſoient les cheveux, & qu'ils entremêloient dans leur chevelure des ornemens d'or qui avoient la forme de cigales : cela n'apprend rien quant à la forme des tuniques & des manteaux, & n'inſtruit que ſur les ornemens.

III. Chlamys etiam Romanis in uſu erat. In monumentis Imperatores, Prætores Tribunoſque cernimus hoc pallii amictos genere, quod & *paludamentum* vocabant : ſi paludamentum idipſum erat quod chlamys, ut poſt Nonium Marcellum ſupra dicebamus, non deerunt chlamydis ſchemata, quæ infra in tabulis ſubjiciamus. Vero ſimile eſt etiam Epheſtridem nihil aliud fuiſſe quam chlamydem. Ait Artemidorus l. 2. cap. 3. idipſum quod chlamydem vocabant, mandyan quoque, epheſtridem & birrhum appellatum fuiſſe.

IV. Χλαῖνα, chlæna quam Romani lænam appellabant, heroïcis temporibus in uſu fuiſſe perhibetur. Amiculi ſpecies erat frigori propulſando idonea : ex iis quædam duplices, aliæ ſimplices erant, noctuque ſtraguli more inſerviebant. Cum Priamus in Achillis tentorio pernoctavit Iliad. 24. chlænæ ipſi duplices datæ fuerunt quibus ſeſe operiret. S. P. Benedictus cuique monacho lænam ad hujuſmodi uſum concedit; *Stramenta autem lectorum ſufficiant matta, ſagum, læna & capitale*. Puto autem monachum ſeſe in ſago concluſiſſe, & lænam ſuperpoſuiſſe. Chlæna in bellis uſurpabatur, quod in Homeri Odyſſea videas. Pauca ſunt veſtium genera quæ frequentius quam chlæna a ſcriptoribus commemorentur. Veſtis erat quadrata, inquit Ammonius; qua ſane forma nocturni perinde atque diurni uſus eſſe commode poterat. Alia huic fere ſimilis veſtis erat, quæ chlanis vel chlanidion vocabatur, ex tenuiore mollioreque panno confecta, quæ a mulieribus perinde atque a viris geſtabatur. Siſyra etiam chlænæ ſpecies fuiſſe exiſtimatur, ex denſiore panno, quæ perinde nocturni diurnique uſus fuiſſe putatur.

Ælianus var. Hiſt. 4. 22. de veterum Athenienſium luxu mollitieque loquens ait ipſos purpurea pallia, ἱμάτια, geſtaſſe, variis amictos fuiſſe tunicis, corymbis implicaviſſe capillos, iiſque aureas cicadas inſeruiſſe : ex his ornamenta tantum, non vero formam palliorum tunicarumque diſcimus.

HABITS DES GRECS

1

Boissard

3

du temps de Minerve d'Athenes

2

Boissard

4

du temps de Minerve d'Athenes

CHAPITRE III.

I. Le pallium *ou le manteau fut premierement à l'uſage des Grecs, & enſuite des Romains. II. Images des Grecs revêtus de la tunique & du manteau. III. Autres images des Grecs du tems de Periclés. IV. Difficultez ſur ce manteau. V. Image de Pruſias & de ſa femme. VI. Autre image de Telamon & de ſa femme Heſione.*

I. LE *pallium* ou le manteau s'appelloit chez les Grecs, *himation*, *pharos*, *tribon* ou *tribonion*. Le mot latin *pallium* paſſa auſſi aux Grecs, qui l'appelloient πάλλιον ; c'étoit une eſpece de manteau aſſez ſemblable à ceux d'aujourd'hui. Cet habit étoit propre aux Grecs ; ce qui ſe voit par un paſſage de Suetone dans la vie d'Auguſte : *Il diſtribua*, dit-il ; *entre autres differens preſens, des toges & des manteaux, & fit une loi que les Romains porteroient l'habit Grec ; & les Grecs l'habit Romain ; c'eſt-à-dire que les Grecs marcheroient avec la toge, & les Romains avec le manteau.* Quoiqu'il ſoit certain que le *pallium* ou manteau étoit propre aux Grecs, & que pluſieurs auteurs le témoignent auſſi-bien que Suetone, cet habit devint depuis commun aux Romains & aux Grecs. Le *pallium* Grec étoit plus long que nos manteaux ordinaires, mais un peu plus court que les manteaux longs de nos Eccleſiaſtiques.

PLANCHE I.

II. Il paroit que le manteau n'avoit point de collet, & qu'il ſe mettoit ſur la tunique, comme on le peut voir dans l'image de [1] Metrodore Epheſien copiée d'après une ſtatue ancienne de Rome, où l'on remarque qu'il y entroit beaucoup d'étoffe, & qu'on pouvoit en faire pluſieurs tours ſur le corps. La tunique deſcend juſqu'aux pieds comme dans la figure d'après. Le manteau ſuivant, qui eſt auſſi d'un Grec [2], ne differe de celui de Metrodore qu'en ce que tous les bords en ſont découpez, en ſorte que les découpures reſſemblent à des franges ; cela ſe voit mieux dans la figure même. La tunique fort large eſt ceinte au bas de la poitrine ; les manches ſont auſſi fort larges & aſſez longues. 1 2

III. Une autre [3] image qui nous a été communiquée longtems après les deux autres, eſt tirée des bas-reliefs du temple de Minerve d'Athenes, que 3

CAPUT III.

I. Pallium in uſu Græcis fuit, deinde & Romanis. II. Imagines Græcorum cum tunica & pallio. III. Aliæ imagines Græcorum Periclis ævo. IV. Circa pallium difficultates. V. Imago Pruſiæ & uxoris ejus. VI. Alia imago Telamonis & Heſiones uxoris.

I. PALLIUM apud Græcos ἱμάτιον vocabatur, φάρος item, τρίβων & τριβώνιον. Vox latina *pallium* ad Græcos etiam tranſiit, qui ipſum πάλλιον vocabant ; eratque palliis hodiernis non abſimile. Græcis proprium pallium fuiſſe videtur, ut ex hiſce Suetonii verbis liquet in Auguſto cap. 98. *Inter varia munuſcula togas inſuper ac pallia diſtribuit lege propoſita ut Romani Græco, Græci Romano habitu & ſermone uterentur.* Etiamſi certum ſit ἱμάτιον ſeu pallium Græcis uſui fuiſſe, multique præter Suetonium ſcriptores idipſum teſtificentur, hæc veſtis poſtea Romanis perinde atque Græcis in uſu fuit. Pallium Græcorum palliis hodiernis longius fuiſſe videtur, ſed Eccleſiaſticorum hodierno pallio oblongo brevius.

II. In pallio collare nullum, ut quidem videtur, erat ; tunicæ autem ſuperponebatur, ut videre eſt infra in imagine [1] Metrodori Epheſii expreſſa ex ſtatua veteri quæ Romæ viſitur, ubi latiſſimum veſtimentum exhibetur, quod poſſit pluries circa corpus convolvi. Tunica ad pedes uſque defluit perinde atque in altera imagine. Pallium ſequentis Græci [2] a pallio Metrodori ea in re ſolum differt, quod illius oræ hinc & inde interciſæ fimbriarum aſpectum exhibeant ; quod in ipſa imagine facilius obſervabis. Tunica ampliſſima zona circa pectus præcingitur, manicæ latæ ſatis longæque ſunt.

III. Alia imago [3] quæ diu poſt haſce duas acceſſit, ex anaglyphis templi Minervæ Athenienſis expreſſa cum aliis delineataque fuit juſſu Marchionis de

fit deſſiner ſur les lieux M. le Marquis de Nointel ; elle nous repréſente un homme & une femme : l'homme porte une tunique qui deſcend juſqu'à terre, & un manteau aſſez ſemblable à celui des deux autres Grecs qui ſont ſur cette planche : l'habit de la femme qui eſt auprès de lui, ſe remarquera à l'œil. Ces deux figures ſont fort anciennes, faites à ce qu'on croit du tems de Periclès, qui fit bâtir le Parthenon ou le temple de Minerve, d'où on les
4 a tirées. Les deux filles [4] miſes au bas de cette planche ſont tirées du même temple : l'une des deux qui eſt à demi nue, met la main ſur une petite idole poſée ſur une baſe ronde.

IV. A voir ces Grecs, il ſemble qu'il ne peut y avoir aucune difficulté ſur la forme de leur manteau : cependant quelques auteurs y en ont trouvé de bien grandes, fondez ſur ce qu'Appien dit que Marc-Antoine étant en Egypte portoit un manteau Grec quarré ; il eſt aſſez difficile de comprendre ce que c'étoit que ce manteau quarré. Ce qu'on en peut dire de plus vraiſemblable, eſt que ce manteau devoit avoir quatre angles : on a aſſez de peine à comprendre l'uſage d'un tel manteau. Dans les manteaux que nous voions ſur les vieux monumens, il ne paroit d'autres angles que les deux de devant, & le bord ſemble être rond comme dans les nôtres. On prétend que ce manteau étoit porté differemment, & qu'il y en avoit qui l'attachoient à l'épaule avec une boucle qui réuniſſoit les deux côtez ; en ſorte que le côté droit du manteau attaché à l'épaule gauche couvroit la partie gauche du devant ; le corps, diſent-ils, ſe trouvoit ainſi envelopé de tous côtez, & le mouvement du bras droit ſeul étoit libre.

Pl. II. V. L'habit de Pruſias Prefet de l'iſle de Co, paroit être d'un homme de guerre ; il porte la chlamyde attachée à l'épaule ; audeſſous il eſt revétu de deux tuniques, dont l'interieure, qui deſcend plus bas que l'autre, ne va qu'à demi cuiſſe : l'une & l'autre eſt relevée par une ceinture. Son épée bien plus longue que la Romaine a une lame de près de deux pieds, en la meſurant ſur la taille de Pruſias. Sa femme eſt coeffée aſſez ſingulierement ; elle porte une tunique qui deſcend juſqu'à terre & qui traine, quoiqu'elle paroiſſe être relevée par une ceinture : ſes manches longues vont juſqu'à la main, & ſont aſſez étroites : elle porte un manteau que les Grecs appelloient *himation* ou *chlanidion*, & les Romains *palla* ou *pallium*.

Pl. III. VI. Telamon qui ſuit eſt en habit militaire ; ſon bouclier reſſemble à

Nointel : virum mulieremque repræſentat ; vir tunicam geſtat talarem & pallium jam memoratorum Græcorum palliis ſimile. Mulieris proximæ veſtis oculis melius quam deſcriptione intelligetur. Hæc ſchemata perantiqua ſunt, factaque, ut putatur, tempore Periclis, qui Parthenonem ſeu Minervæ templum unde eæ figuræ eductæ ſunt, conſtruxit. Virgines [4] illæ duæ in ima tabula expreſſæ ex eodem templo acceſſerunt : earum altera ſeminuda manum imponit capiti idoli parvi baſi rotundæ inſidentis.

IV. Græcos illos ſi perſpexeris, circa formam palliorum vix quidquam difficultatis oriri poſſe putes : attamen circa palliorum Græcorum formam non leves motæ controverſiæ fuerunt, quoniam ſcilicet Appianus lib. 5. de bello civili ait Antonium in Ægypto pallium Græco more quadratum geſtaſſe. Quid quadrato pallio ſignificetur non ita facile eſt divinare : id quod ſtatim cogitanti offertur, eſt pallium quatuor inſtructum angulis ; cujuſmodi pallii uſum non abſque negotio percipias : in palliis quæ in monumentis conſpiciuntur, duo tantum anguli anteriores comparent, imaque ora rotunda videtur, ut eſt in hodiernis noſtris palliis. Putant hujuſmodi pallium variis geſtatum modis fuiſſe ; ac quoſdam latera duo oppoſita fibula ad humeros junxiſſe, ita ut a dextera ad ſiniſtram reductum pallium partem quoque ſiniſtram anteriorem operiret ; ſicque corpus totum, inquiunt, involutum erat.

V. Pruſiæ præfecti Coiorum, veſtes militares eſſe videntur. Is chlamydem humero annexam habet ; ſub chlamyde tunicas duas geſtat, quarum ea quæ interior eſt, longior ſuperiore ad medium femur defluit ; utraque cingulo ſtringitur. Ejus gladius Romanis gladiis longior laminam habet quaſi bipedalem, ſi ad Pruſiæ ſtaturam dimetiamur illam. Ejus uxor ornatu capillorum ſingulari decoratur ; hæc tunica induitur ad terram uſque defluente, etiamſi zona conſtringi videatur ; manicis inſtructa tunica ad uſque manum protenſis. Tunicæ amiculum ſuperponitur, quod Græci ἱμάτιον ſeu χλανίδιον vocabant, Romani vero *pallium* aut *pallam*.

VI. Telamon ſequens veſtibus indutus eſt militari-

Habits des Grecs Prusias et sa Femme

Boissard

Habit Grec Homme et Femme

III. *Pl. a la 12. pag. T.* III

LAOMEDON GENUIT, RAPUIT TIRYNTHIUS HEROS
MI SOBOLES AIAX EX TELAMONE NATUS.

Boissard.

HABITS DES GRECS PHILOSOPHES

IV. *Pl. a la 14. pag. T.* III

2



Spon

4

1

3

La Chausse

Gallerie justinienne

5

Villa Borghese

un grand baſſin, ſon caſque eſt de belle forme, & ſon épée eſt ſemblable à celle de Pruſias. Son épouſe Heſione porte une tunique trainante; les manches en ſont ſi courtes qu'elle montre preſque tout le bras. Elle porte un manteau découpé aux extrémitez en maniere de frange; il n'entre dans ſa coeffure que ſes cheveux.

---

bus, ejus ſcutum pelvem magnam ovatæ formæ refert, caſſis elegans eſt, gladius Pruſiæ gladio ſimilis. Heſione uxor ejus tunicam diffluentem geſtat, breviori-bus manicis, ut fere brachium totum ſit nudum. Pallio ea amicitur ad extremam oram paſſim interciſo, ita ut fimbriatum videatur; ornatus capitis ſolo capillitio & capillis decuſſatim implexis conſtat.

CHAPITRE IV.

I. *Le manteau des philoſophes appellé* tribonion, *& ſa forme.* II. *Images de Diogene le Cynique.* III. *Autres images de philoſophes.* IV. *Denys d'Halicarnaſſe tiré d'un ancien manuſcrit.* V. *Le* tribonion *a ſervi à d'autres qu'aux philoſophes.* VI. *Tous les philoſophes n'ont pas toujours affecté un habit pauvre.* VII. *Paſſage de S. Jean Chryſoſtome touchant l'habit des philoſophes.* VIII. *Qu'eſt-ce que c'étoit que* palliolum, phelone & ſyntheſis.

I. LE manteau ou *pallium* des philoſophes s'appelloit proprement *tribonion*; il ne paroit pas qu'il fut different des autres manteaux, ſinon en ce qu'il étoit ordinairement uſé & ras, & c'eſt pour cela qu'on l'appelloit *tribonion* du verbe τρίβω, *tero.* Les philoſophes le portoient ainſi par oſtentation, pour faire parade de leur pauvreté & de leur mépris pour toute ſorte de luxe; il étoit de couleur noire ou brune. Les Cyniques, ſelon Athenée, laiſſoient croitre leurs cheveux & leur barbe; ils étoient mal propres, alloient pieds nus, & portoient un manteau qu'il nomme *tribon.* Ce manteau étoit non ſeulement uſé, mais auſſi fort ſouvent déchiré.

II. Tel eſt le manteau de Diogene [1] dans la vigne Borgheſe; il le porte ſur la chair nue à la maniere des philoſophes Cyniques. D'autres monumens repréſentent ce fameux philoſophe dans ſon tonneau, d'où ſa tête ſort comme celle d'une tortue ſort de ſa coquille. Dans l'une des images il tient [2] d'une main ſon bâton de philoſophe, & de l'autre une beſace; il eſt à côté du frontiſpice d'un temple: ſon chien eſt vis-à-vis de lui; en effet Diogene habitoit dans la portique du temple de Jupiter, & diſoit que les Atheniens en faiſant

Pl. IV. 1 2

CAPUT IV.

Pallium Philoſophorum τριβώνιον *dictum ejuſque forma.* II. *Imagines Diogenis Cynici.* III. *Aliæ philoſophorum imagines.* IV. *Dionyſius Halicarnaſſeus ex veteri codice expreſſus.* V. *Tribonion aliis, quam philoſophis in uſu fuit.* VI. *Non philoſophi omnes ſemper pauperem veſtem affectarunt.* VII. *Loca Joannis Chryſoſtomi de veſtibus philoſophorum.* VIII. *Quid eſſent* palliolum, phelone, & ſyntheſis.

I. PALLIUM philoſophorum τριβώνιον proprie nominabatur, ab aliiſque palliis eo ſolum diſtinctum fuiſſe creditur, quod admodum detritum eſſet, ideoque τριβώνιον vocabatur a τρίβω *tero.* Oſtentatione pallia hujuſmodi philoſophi geſtabant, paupertatem luxuſque deſpectum affectantes: pallium nigro aut fuſco erat colore. Cynici ſecundum Athenæum lib. 4. c. 18. comam & barbam non attondebant; ſordibus pleni pedibus incedebant nudis, pallium geſtabant τρίβωνα dictum. Quod pallium non detritum modo, ſed & lacerum erat.

II. Hujuſmodi eſt Diogenis pallium [1] in villa Burgheſia, nudo corpori impoſitum, ut ſolebant Cynici philoſophi. In aliis monumentis celebris ille philoſophus in dolio repræſentatur, unde caput emittit, quaſi teſtudo ex cochlea. In alia [2] imagine, altera manu philoſophicum baculum, altera peram tenet: prope templum ſedes habet, e regione canis eſt: vereque Diogenes in porticu templi Jovis habitabat, dicebatque Athenienſes hanc pulcherrimam porticum

ce ſuperbe portique lui avoïent bâti un beau palais. Le tonneau étoit de terre cuite, comme l'étoient ordinairement les autres tonneaux à conſerver le vin & les liqueurs. De là vient que Juvenal dit qu'Alexandre apperçut Diogene dans ſon tonneau de terre cuite. Je ne ſai ſi le maſque qu'on voit dans cette image ne marqueroit pas l'hypocriſie de ce Cynique & de ſes ſemblables, qui affectoient un genre de vie extraordinaire pour s'attirer l'applaudiſſement des
3 hommes. Dans l'autre image [3] le chien eſt ſur le tonneau, un homme aſſis lit dans un rouleau, Diogene ſemble l'écouter. Je ne ſai à quoi tant cela que le croiſſant qu'on voit au haut de l'image peuvent ſe rapporter.

III. Il ne ſera pas hors de propos de remarquer ici que Coſmas l'Egyptien qui écrivoit du tems de l'Empereur Juſtinien, à l'endroit où il parle d'Hyperide & de Menandre, donne la figure de l'habit des Atheniens, qu'il appelle ainſi, οἱ ἔξωθεν Ἀττικοὶ, les Atheniens étrangers, c'eſt-à-dire étrangers à nôtre religion; car le mot οἱ ἔξωθεν eſt celui dont il ſe ſert auſſi-bien que les Peres Grecs, pour marquer ceux qui n'étoient pas Chrétiens. Ces deux Atheniens portent ſur la tunique un manteau que l'un retrouſſe ſur ſon bras : ils tiennent un livre, & portent un bonnet qui reſſemble aſſez à un turban. Nous paſſons ces deux figures, pour venir à une fort belle ſtatue de la gallerie Juſtinien-
4 ne, qui repreſente un ancien [4] philoſophe : il ſemble mediter profondement, tient un rouleau de la main gauche, & appuie ſa tête ſur la droite. Il porte comme Diogene ſon manteau ſur la chair nue.

5 IV. Denys [5] d'Halicarnaſſe qui ſuit, eſt tiré d'un tres-ancien manuſcrit de la Bibliotheque du Prince Chiggi à Rome : quoique le manuſcrit n'ait pas plus de 800. ans, il y a lieu de croire que cette figure aura été copiée de quelque autre plus ancienne. La coutume de mettre l'image de l'auteur à la tête de ſes ouvrages eſt des plus anciens tems, comme nous avons remarqué ailleurs. Cet hiſtoriographe aſſis porte audeſſus de la tunique un manteau frangé de tous côtez, qui a un collet frangé de même. Il a des manches comme un ſurtout ; ce qu'on ne voit pas dans les autres anciens manteaux. Son bonnet reſſemble à une toque, & ſes ſandales à celles des Capucins, mais il porte des bas.

Une des raiſons pourquoi nous avons tant de peine à reconnoître ſur les images anciennes la forme des habits que les anciens auteurs décrivent, c'eſt qu'outre qu'il y aura eu ſans doute bien des manieres differentes de s'ha-

---

conſtruentes, ampliſſimas ſibi ædes paraviſſe. Dolium fictile erat, ut erant pleraque alia dolia vino liquoribuſque recipiendis deſtinata: hinc Juvenalis Satyr. 14.

Sentit Alexander teſta cum vidit in illa.

Neſcio utrum larva hic poſita fucatam illam ſignificet virtutis ſpeciem, quam Diogenes & Cynici affectabant, ut plauſus ſibi conciliarent. In alia [3] imagine canis dolio inſidet : vir ſedens legit Diogene auſcultante : neſcio quid tum hac re, tum bicorni luna, quæ in ſuprema imaginis parte viſitur, ſignificetur.

III. Non abs re duximus eſſe hic obſervare Coſmam Ægyptium Monachum, qui tempore Juſtiniani Imperatoris ſcripſit, ubi loquitur de Hyperide & de Menandro, ſchema veſtitumque Athenienſium exhibere, hac appoſita inſcriptione, οἱ ἔξωθεν Ἀττικοί, *exteri Attici* : exteros ſcilicet vocat quod exteram aliamque religionem profiterentur : hac enim voce οἱ ἔξωθεν Patres ſcriptoreſque eccleſiaſtici utuntur, ut ſignificent viros non chriſtianos. Hi duo Athenienſes tunicam palliumque geſtant, cujus pallii partem alter ſupra brachium reducit : uterque librum tenent, petaſumque geſtant *Turbano*, ut vocant, ſimilem : ſed his prætermiſſis ad veterem philoſophum [4] venimus, cujus ſtatua in Muſeo Juſtinianæo exhibetur. Is intento videtur animo meditari, volumen manu tenet, in alteramque manum caput reclinat : pallio ut Diogenes nudum corpus tegit.

IV. Dionyſius [5] Halicarnaſſeus hic exhibitus ex antiquiſſimo codice bibliothecæ principis Chiggii Romæ expreſſus fuit. Etſi codex ab annis non plus octingentis ſcriptus ſit, hæc imago ad alterius antiquioris fidem concinnata videtur. Mos enim ille autores in operum fronte depingendi priſcis temporibus vigebat, ut in aliis libris obſervavimus. Hic hiſtoriographus ſedens ſupra tunicam pallium geſtat undique fimbriatum, collarique inſtructum fimbria ſimiliter ornato. Pallium inſtar ſagi Gallici manicas habet, quod in cæteris palliis non obſervatur. Pileus ſingularis eſt formæ, nec abſimilis hodiernis quibuſdam ; ſandalia geſtat Franciſcanorum ſoleis affinia.

Ideo autem imagines illas quas veteres ſcriptores commemorant ac deſcribunt, in monumentis internoſcere vix poſſumus, tum quod diverſis in locis, for-

biller en divers payis, & peutêtre dans les mêmes lieux, les coutumes auront varié en divers tems, comme il arrive tous les jours; n'étant pas poſſible que l'uſage & l'experience ne faſſent toujours inventer quelque choſe de nouveau pour les commoditez de la vie.

V. Pour revenir au *tribonion*, des gens d'autre profeſſion que les philoſophes s'en ſervoient auſſi. Eunapius dans pluſieurs endroits de ſon livre le donne à des ſophiſtes. Dans les anciens tems même, le *tribonion* ſervoit à bien des gens, quoique ce fut l'habit des pauvres: on le portoit auſſi au Barreau dans la Grece.

Dans un ſiecle plus bas Marc-Aurele ne dédaigna point de le porter dès ſa plus tendre jeuneſſe; » Il s'adonna, dit Capitolin, à la philoſophie lorſqu'il« étoit encore fort jeune: à ſa douziéme année il prit l'habit de philoſophe,« & s'accoutuma peu après à une vie dure. Il étudioit dans ſon manteau, &« couchoit à platte-terre. Sa mere eut bien de la peine à l'obliger de coucher« ſur un lit où il n'avoit ſous lui que des peaux de bêtes. «

VI. Tous les philoſophes des plus anciens tems n'affectoient point ces ſortes d'habits vils & groſſiers, puiſque ſelon Elien, Pythagore étoit vétu de blanc, portoit une couronne d'or, & ſe ſervoit auſſi de braies; Empedocle d'Agrigente alloit vêtu de pourpre, & portoit des ſouliers de cuivre; Hippias & Gorgias ne paroiſſoient en public qu'en habit de pourpre. Il y avoit auſſi des philoſophes qui portoient des tuniques de lin qu'on appelloit ὀθόνη, *othone*: on en trouve quelques exemples; l'*othone* étoit pourtant plus ordinairement un habit de femme.

VII. S. Jean Chryſoſtome qui n'épargne pas ces philoſophes dans ſes Sermons, tombe rudement ſur eux dans ſa dix-ſeptiéme Homelie au peuple d'Antioche ſur les ſtatues. A l'occaſion de ce que l'Empereur Theodoſe étant irrité contre la ville, & menaçant de la ruiner, les philoſophes furent les premiers à s'enfuir, au lieu que les Moines deſcendirent des montagnes, & firent tant par leurs prieres, qu'ils obtinrent grace pour les habitans: Où ſont, dit-il,« préſentement ces hommes revétus de leurs tribonions; ces gens à longue« barbe, qui tiennent un bâton à la main droite; ces philoſophes profanes, ces« deteſtables Cyniques, ces gens pires que les chiens de table, qui ne font« rien que pour leur ventre; tous ſe ſont enfuis, tous ſe ſont cachez dans des« cavernes.

---

taſſeque in iiſdem diverſæ veſtium formæ fuerint; tum etiam, quod variis temporibus variæ conſuetudines fuerint inductæ. Uſus enim & experientia ad vitæ commodum ſemper quid important novi.

V. Ut ad rem redeamus, philoſophorum pallium, ſive *tribonium*: non adeo proprium philoſophis erat, ut nullis aliis in uſu eſſet. Eunapius in multis operis ſui locis etiam ſophiſtis illud attribuit. Priſcis enim temporibus etiamſi pauperum amiculum eſſet, multi tamen alii eo utebantur. Athenis in judiciali foro geſtabatur.

Poſteriori autem ævo Marcus Aurelius eo a teneris uſus eſt: *Philoſophiæ operam vehementer dedit*, inquit Capitolinus c. 2. *& quidem adhuc puer: nam duodecimum annum ingreſſus, habitum philoſophi aſſumſit: & deinceps tolerantiam, cum ſtuderet in pallio & humi cubaret, vix autem matre agente, in ſtrato pellibus lectulo accubaret.*

VI. Neque tamen omnes quotquot priſco tempore fuere philoſophi ſordidas hujuſmodi veſtes affectarunt, quandoquidem Æliano referente var. hiſt. l. 2. cap. 32. Pythagoras alba utebatur veſte, coronam auream geſtabat, braccaſque adhibebat. Empedocles Agrigentinus purpura veſtiebatur, calceiſque utebatur æneis: Hippias demum atque Gorgias nonniſi purpurea veſte in publicum prodibant. Alii quoque philoſophi erant qui lineis induerentur tunicis, quæ Othonæ vocabantur, cujus rei aliquot exempla ſuppetunt; at Othone mulieribus ut plurimum in uſu erat. Magna tamen pars philoſophorum id curabant ut ex veſtitu & habitu ſe philoſophiam profiteri cognoſceretur.

VII. Jo. Chryſoſtomus, qui in concionibus ſuis philoſophos hujuſmodi carpere ſolet, in decima ſeptima ad populum Antiochenum Homilia de ſtatuis, p. 173. in eos acriter invehitur; cum enim Theodoſio Imperatore in urbem Antiochiam vehementer incenſo, proximum urbis excidium exſpectaretur, philoſophi priores fugam fecerunt; Monachi vero ex montibus in urbem ſe conferentes Anthiochenis veniam impetrarunt: *Ubi ſunt nunc*, inquit, *pallia τριβωνας geſtantes illi philoſophi, qui profundam oſtentant barbam, & baculos dextra ferunt, cynica piacula, ſubmenſalibus canibus inferiores, ventriſque cauſa cuncta facientes: omnes tunc civitatem deſeruerunt, reſilierunt omnes, in cavernas ſe contulerunt.*

Le même Pere en un autre endroit parle d'un autre habit que les philoſophes affectoient de porter ; c'étoit l'*exomide*, que quelques-uns croient être la même choſe que l'*abolla*. Ce qui eſt certain, c'eſt que l'un & l'autre étoit en uſage chez les philoſophes. L'exomide étoit une tunique ſans manches, en ſorte qu'on voioit non ſeulement les bras, mais auſſi les épaules ; & c'eſt de là qu'elle prenoit ſon nom. C'étoit encore un habit des valets & de tous les gens de ſervice.

On appelloit chez les Grecs un manteau double *diploïs* ; & s'il en faut croire Acron ſur ce vers d'Horace,

Quem duplici panno patientia velat,

cette piece de drap double ſignifie la diploïs. Ferrarius prétend que la diploïs eſt repréſentée dans une figure d'un philoſophe Cynique que lui envoia le Cavalier del Pozzo. Je ne ſai s'il ſe fonde ſur ce que le philoſophe replie & retrouſſe ſon grand manteau ſur le devant : mais je ne crois pas que ce fût ce qu'on appelloit *diploïs* ; ſi le manteau eſt double, la doublure ne paroit pas là.

VIII. On appelloit *palliolum* une eſpece de mantelet ou de chapperon dont on ſe ſervoit pour couvrir la tête : il étoit en uſage pour les malades & les convaleſcens, quand ils ſortoient de la maiſon : les femmes de mauvaiſe vie le portoient auſſi par la ville, pour n'être pas connues : Juvenal & Martial tous deux bien inſtruits des uſages de ces ſortes de femmes, diſent qu'elles marchoient avec cette eſpece de capuchon.

L'Empereur Aurelien fait mention dans une lettre que Vopiſque nous a conſervée, des tuniques qu'on appelloit *palliolatæ* ou mantelées : Caſaubon croit que c'étoient des tuniques qui ſervoient de manteaux en même tems, qui étoient en uſage aux hommes auſſi-bien qu'aux femmes, & qui avoient des manches. Mais Saumaiſe n'eſt pas de ce ſentiment ; il croit que c'étoient des tuniques où étoit attaché un chapperon qui s'appelloit *palliolum* : cette explication paroit mieux ſe rapporter au mot *palliolatæ*, qui vient de *palliolum*, & non pas immédiatement de *pallium*.

Il y avoit un autre habit qu'on appelloit en grec *phelone* ou *phenole*, & en latin *penula*, que Suidas dit être la même choſe que l'epheſtride : c'étoit une eſpece de manteau ou de ſurtout dont on ſe ſervoit ordinairement pour la

---

Alio autem loco alterum philoſophorum veſtitum commemorat, quem vocat ἐξωμίδα. Exomidem vero putant nonnulli idipſum eſſe, quod *Abolla* latine : certumque eſt utrumque exomidem ſcilicet & abollam in uſu fuiſſe philoſophis. Ἐξωμὶς tunica erat manicis deſtituta ; ita ut non modo brachia nuda ſed etiam humeri conſpicerentur, indeque veſti nomen erat, nam ὦμὸς humerus eſt. Hæc etiam veſtis in uſu erat famulis & ſervis, & cuivis miniſtrantium generi.

Apud Græcos pallium, cui erat pannus interius aſſutus, διπλοῒς vocabatur : ſi ſit Acroni Horatii interpreti fides in hunc Horatii verſum,

Quem duplici panno patientia velat,

ille duplex pannus idem ipſum erat, quod Græci διπλοΐδα vocabant. Putat Octavius Ferrarius diploïdem repræſentari in ſchemate cujuſdam philoſophi Cynici, ad ipſum miſſo per equitem del Pozzo. Neſcio utrum ideo diploïdem eſſe exiſtimet, quoniam philoſophus ille pallium complicat & in anteriorem partem reducit. Sed non puto diploïdem deprehendi poſſe, niſi alter pannus pallio ſit aſſutus : at illud in ſchemate non comparet.

VIII. Palliolum vocabatur quoddam quaſi cuculli genus, quo caput operiebatur : in uſuque erat ægris & ex morbo convaleſcentibus, cum domo exibant, itemque meretricibus, quæ per urbem ambulantes latere cupiebant ; hinc Martialis,

Hanc volo, quæ ſimplex, quæ palliolata vagatur ;

& Juvenalis,

Dorida nullo
Cultam palliolo

Aurelianus imperator in epiſtola, quam refert Vopiſcus, tunicas palliolatas memorat. Putat Caſaubonus his ſignificari tunicas, quæ uſum præſtarent duarum veſtium, tunicæ videlicet & pallii : utraque veſtis, inquit, tam muliebris fuit, quam virilis ; eratque manicata. At Salmaſius alio ſentit modo, exiſtimatque tunicas fuiſſe quibus adnexa & adjuncta erant palliola : quæ explicatio magis conſentanea videtur, & cum illa voce *palliolatæ* conſonat, quæ vox ex palliolo efficitur, ex pallio autem nonniſi poſt efformatam vocem, palliolum, derivatur.

Aliud veſtimenti genus erat, quod græce φελόνη aut φαινόλη, latine *penula*, dicebatur. Phelonen vero Suidas idipſum eſſe dicit quod epheſtridem : eratque pallii ſpecies quædam, quo utebantur ii, qui ruſtica-

campagne : comme il ſemble avoir été deſtiné uniquement pour cet uſage, il y a apparence qu'il ne differoit de la chlamyde que par la qualité de l'étoffe. Il n'eſt guere d'habit dont il ſoit plus ſouvent fait mention chez les auteurs des tems poſterieurs.

Une autre ſorte d'habit étoit la *ſyntheſe*, dont on ſe ſervoit ordinairement aux feſtins : quoique ce nom ſoit grec, la ſyntheſe étoit pourtant fort ordinaire dans Rome & dans tout l'Empire Romain ; les Empereurs & les Senateurs s'en ſervoient comme les autres. Il eſt tres-difficile de ſavoir quelle forme d'habit c'étoit ; ce qu'on en peut dire de plus vraiſemblable eſt que c'étoit une eſpece de manteau aiſé à prendre & à laiſſer. Dans le livre du Paſteur il eſt parlé de la ſyntheſe : le paſſage où il en eſt fait mention, & dont nous avons rétabli le grec dans un ouvrage qui porte le nom de S. Athanaſe, ſemble donner à entendre que la ſyntheſe eſt là priſe pour tous les vêtemens d'un homme : *J'allai*, dit-il, *à la campagne, & l'Ange me montra un jeune garçon revêtu d'une ſyntheſe de vêtemens de couleur de ſafran.*

Nous ne diſons rien ici de cette eſpece d'habit que les Grecs appelloient *tebennos*, parceque ſelon Plutarque, Diodore & quelques autres auteurs, ce n'étoit autre choſe que la toge des Romains, dont nous allons parler.

---

tum concedebant. Cum autem huic tantum uſui deſtinatum fuiſſe videatur, veriſimile eſt, ſola panni ratione a chlamyde differre : vix ullum veſtimenti genus frequentius memoratur a ſcriptoribus poſterioris ævi.

Aliud veſtis genus erat ſyntheſis, quæ uſuveniebat in conviviis. Etſi nomen ſit græcum, ſyntheſis tamen frequentis uſus erat Romæ atque in Imperio Romano. Imperatores quoque & Senatores perinde atque alii ea induebantur. Ejus formam capere non ita facile eſt : veriſimiliter dicatur fuiſſe ſpeciem pallii, quod nullo negotio aſſumeretur, ac perinde poneretur. In libro Paſtoris ſyntheſis commemoratur in loco cujus græca reſtituimus in quodam opere, quod Athanaſii nomen ementitur. Ibi indicari videtur ſyntheſin eſſe veſtimenta plura ſimul accepta : *Veni in agrum, inquit, oſtenditque ille mihi adoleſcentem quemdam indutum ſyntheſi veſtimentorum croceorum.*

Nihil hic dicimus de veſtimento quod τήβεννον Græci vocant, quia ſecundum Plutarchum, Diodorum, alioſque, nihil aliud erat, quam toga Romanorum de qua mox acturi ſumus.

CHAPITRE V.

I. La Toge habit d'honneur des Romains. II. Differens ſentimens ſur la forme de la toge. III. Il y a grande apparence que la toge étoit toute ouverte ſur le devant ; les figures qui nous en reſtent ſemblent le prouver. IV. La toge n'avoit point de collet ni d'échancrure. V. Autres remarques ſur la toge. VI. Differens uſages de la toge.

I. LA toge chez les Romains étoit originairement un habit d'honneur, qu'il n'étoit pas permis au peuple de porter. Elle fut appellée *tebennos*, dit Artemidore, du nom de Temenus Arcadien, qui l'apporta de l'Ionie : de *Temenos* on fit *Tebennos* par une legere corruption. Selon Tertullien, elle fut apportée des Pelaſges aux Lydiens, & des Lydiens aux Romains. La toge étoit en demi cercle, dit Denys d'Halicarnaſſe.

II. Il y a differens ſentimens ſur la forme de cet habit : les uns prétendent que la toge étoit toute ouverte comme un manteau, & que comme c'étoit un vêtement fort long & fort ample, on la plioit & on la retrouſſoit en pluſieurs manieres, & l'on en faiſoit paſſer de grands pans ſur les bras. Les autres, entre leſquels eſt le Ferrari, prétendent que c'étoit un habit fermé de tous côtez, mais qui avoit un grand trou au haut, par où on faiſoit paſſer la tête & le bras droit, qui étoit ainſi tout à fait libre, & que du bras gauche on relevoit tout ce qui pendoit de l'autre côté. Ce qu'il y a de plus ſurprenant, c'eſt que le grand nombre de ſtatues que nous voions avec la toge, n'a pu encore décider la queſtion. Le Ferrari ſoutient que les ſtatues repréſentent la toge fermée avec ce grand trou pour y paſſer la tête & le bras ; les autres croient que ces ſtatues mêmes prouvent que la toge étoit toute ouverte.

III. Nous donnons ici un aſſez grand nombre de figures avec la toge, qui ne décident point la queſtion en faveur du Ferrari ; car s'il y en a quelques-unes où cela n'eſt pas bien reconnoiſſable, d'autres ſont diſpoſées de maniere qu'elles paroiſſent ouvertes du haut en bas. Un ſacrificateur que nous avons donné après Beger en ſon Treſor de Brandebourg, porte la toge relevée par

---

CAPUT V.

I. Toga veſtis honorifica apud Romanos. II. Variæ circa togæ formam opiniones. III. Toga videtur in anteriore facie aperta fuiſſe : quæ ſuperſunt imagines id probare putantur. IV. Toga nec collare nec inciſionem habuit. V. Alia circa togam annotantur. VI. Togæ varii uſus.

I. TOGA apud Romanos primitus veſtis honoris erat, qua uti plebi non licebat. τήβεννος autem appellata fuit, inquit Artemidorus, ex Temeno Arcade, qui ex Ionia illam attulit. Ex Temeno Tebennos levi mutatione factum eſt. At ſecundum Tertullianum de pallio cap. 1. *Toga circummeavit a Pelaſgis ad Lydos, a Lydis ad Romanos.* Toga in ſemicirculum concinnata erat, inquit Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 3. p. 195.

II. Variæ ſunt ſententiæ circa formam ejus. Alii putant togam fuiſſe veſtimentum apertum, quaſi pallium hodiernum, cumque longiſſima ampliſſimaque veſtis eſſet, multis potuiſſe modis volvi & plicari, longaſque ejus lacinias brachiis imponi. Alii ex quorum numero Octavius Ferrarius, exiſtimant togam fuiſſe veſtimentum undique clauſum, magno foramine in medio relicto, ut per illud poſſet caput brachiumque educi ; ita ut brachium dextrum omnino liberum eſſet, ſiniſtro autem brachio, quæ ex illo latere defluebant, attollerentur. Quod autem ſummopere mireris, etſi Romæ & aliis in locis perquam multæ ſint togatæ ſtatuæ, nondum tamen ex earum totiès repetito conſpectu potuit controverſia dirimi. Contendit Ferrarius in ſtatuis illis togam clauſam repræſentari, cum illo quod diximus foramine per quod caput & brachium dextrum educuntur ; alii contra affirmant ex iiſdem ſtatuis togam apertam fuiſſe confirmari.

III. Hic bene multas togatas imagines proferimus, quæ certe, ni fallor, pro Ferrario non ſtabunt : licet enim quædam occurrant ubi res non cognitu facilis eſt ; aliæ certe ſunt ita concinnatæ, ut a ſummo ad imum apertæ haud dubie videantur. Sacerdos ille, quem Begerus tomo 3. p. 356. Theſauri Brandeburgici dedit, quemque nos iterum protulimus tom. 2.

deſſus

deſſus la tête, à la maniere de ceux qui ſacrifioient. Cette toge eſt tellement diſpoſée, qu'il faut neceſſairement qu'elle ſoit ouverte, comme le ſont ſelon toutes les apparences pluſieurs de celles que nous allons donner d'après des ſtatues Romaines. Il y en a à la verité d'autres où cela n'eſt pas aiſé à diſtinguer; mais celles-là mêmes ne peuvent pas ſervir à prouver qu'elles fuſſent fermées. La toge étendue avoit la figure d'un demi cercle ſelon Denys d'Halicarnaſſe; ce qui ſemble encore ne pouvoir convenir qu'à un habit tout ouvert, & dont on peut étendre toute l'étoffe. Lorſque Ciceron décrit le luxe des compagnons de Catilina; ils ſont, dit-il, revêtus de tuniques à manches qui leur deſcendent juſqu'aux talons, & couverts de voiles de navire, & non de toges: il compare la grandeur énorme de ces toges à des voiles de navire; comparaiſon qui ne conviendroit guere à un habit fermé pardevant. Une autre choſe qui fait juger que la toge avoit la forme d'un manteau ouvert par le devant, eſt qu'anciennement on la portoit à la guerre, & que pour combattre on la ceignoit autour du corps, & on l'arrêtoit par un nœud; ce qu'il ſemble qu'on n'auroit pu faire, ſi la toge avoit été fermée comme un cotillon.

IV. Rubenius qui ſoutient le ſentiment de la toge ouverte par le devant, croit qu'elle ne differoit de la chlamyde qu'en ce qu'elle étoit plus ample & plus longue. La chlamyde ſelon lui étoit de la forme marquée ci-deſſus: mais comme la chlamyde qu'il repréſente en figure avoit une eſpece de collet fort large par le haut, qui conſiſtoit en une échancrure, & que ce collet faiſoit deux angles en haut; il ſemble que cela ne peut convenir à la toge, qui dans les figures mêmes que Rubenius apporte, n'a point d'angle en haut, mais a le bord tout droit: cela ſe remarque auſſi dans toutes les autres images de la toge. Son ſentiment eſt moins ſoutenable en cela qu'en ce qu'il ajoute que la toge aiant ſelon Denys d'Halicarnaſſe la figure d'un demi cercle, elle devoit être ouverte par le devant. C'eſt peutêtre cette figure de demi cercle qui lui a fait croire que, pour en rendre l'uſage commode, il y falloit une échancrure & une eſpece de collet; ne prenant pas garde que ceux qui portoient la toge faiſoient monter ſur l'épaule gauche non ſeulement le bord, mais auſſi pluſieurs plis, ſans la ramener ſur l'épaule droite; ce qu'ils faiſoient pour laiſſer le bras droit libre: & qu'un collet & une échancrure auroient été inutiles, puiſque la toge ne montoit que ſur une épaule. Ce qui eſt certain, c'eſt que ni dans la

---

tab. 4. toga caput tegit, ut ſolebant ii qui ſacrificabant: quæ toga ſic diſpoſita eſt, ut apertam eam eſſe neceſſe ſit: ut etiam apertæ omnino videntur eſſe multæ ex iis, quas ex ſtatuis Romanis expreſſas modo dabimus: aliæ ſunt quæ huic probandæ rei uſurpari non poſſunt; ſed ex his tamen togas clauſas fuiſſe nunquam probare valeas. Toga extenſa ſemicirculi formam habebat, inquit Dionyſius Halicarnaſſeus; id vero de aperta tantum veſte quæ tota extendi poſſit dici videtur. Cum Cicero Catilinæ ſodalium luxum deſcribit, illos eſſe ait, *manicatis & talaribus tunicis, velis amictos, non togis.* Vela hic navium neceſſario intelliguntur; itaque velis navium togas illas confert, quæ certe comparatio clauſæ veſti non conveniat. Alio item argumento togam apertam fuiſſe demonſtrari videtur; priſcis illis temporibus toga non in urbe tantum, ſed etiam in bello geſtabatur; cumque pugnandum eſſet, eam circa corpus convolvebant, cingebant, nodoque firmabant, idque vocabatur *cinctus gabinus*: ſi clauſa fuiſſet toga, id certe fieri omnino non potuiſſe videtur.

IV. Rubenius qui apertam fuiſſe togam contendit, putat eam inter & chlamydem nihil aliud fuiſſe diſcriminis, quam quod & latior, & longior toga eſſet: chlamys ea quam diximus forma erat: ſed quia chlamys quam ille ex conjectura repræſentat, collari quopiam longo inſtructa erat; ita ut pannus inſerendo collo introrſum inciſus eſſet, duoſque ſuperne angulos efficeret; illud ſane togæ convenire non poſſe videtur, quæ in ſchematibus omnibus etiam iis, quæ affert Rubenius, nullum angulum, inciſionem nullam præfert, ſed rectam habet oram; quod etiam in aliis omnibus togæ imaginibus obſervatur; quare ejus hac in re opinioni acquieſcere non poſſumus: quod autem ſubjungit, cum toga ſecundum Dionyſium Halicarnaſſeum ἡμικύκλιος eſſet, apertam eſſe debuiſſe, id vero admodum probatur nobis, ut diximus. Ex hac fortaſſe ſemicirculi figura putavit ille, ad uſum & commodum oportuiſſe, ut introrſum in medio incideretur, & quoddam ceu collare haberet: neque animadvertit eos, qui togam geſtarent, non oram tantum togæ humero ſiniſtro impoſuiſſe, ſed & panni partem convolutam, neque togam in humerum dextrum reduxiſſe, idque ut brachium dextrum liberum & expeditum relinquerent: atque adeo panni inciſionem illam & collare inutilia prorſus fuiſſe, cum toga alteri tantum humero ſuperponeretur. Certum autem eſt neque in toga, neque in

toge ni dans la chlamyde ou le *paludamentum*, qui étoit la même choſe, on ne voit jamais d'échancrure. Entre un grand nombre de chlamydes qui ſe voient dans les combats au quatriéme tome, on remarqueroit ſans doute cette échancrure ſi elle s'y trouvoit effectivement.

Voila ce que nous avons à dire ſur la figure de la toge. Nous laiſſons au lecteur habile à juger ſur les images mêmes, ſi la toge étoit ouverte ou fermée; nous les donnons en aſſez grand nombre ici; l'on en voit encore pluſieurs autres dans tout le cours de cet ouvrage.

V. La toge étoit de laine, comme on le prouve par les paſſages de pluſieurs auteurs; mais dans la ſuite des tems on en fit de ſoie, & peutêtre d'autres matieres: elle étoit anciennement blanche pour l'ordinaire; mais Tullus Hoſtilius introduiſit à Rome la toge peinte & la *prétexte*, qui étoient les marques de magiſtrature chez les Hetruſques. On la faiſoit plus étroite ou plus large, ſelon les facultez des particuliers. Quoique cette ſorte d'habit ne parût guere propre à la guerre, on s'en ſervoit néantmoins anciennement tant pour la guerre que pour la paix: mais dans la ſuite la toge fut tellement un habit de paix, qu'on la prenoit quelquefois pour la paix même, comme le marque ce vers,

Que la guerre cede à la toge.

On diſpute ſi l'on mettoit une ceinture ſur la toge. La queſtion ne paroit être fondée que ſur un paſſage de Macrobe aſſez obſcur. Les ſtatues n'ont jamais de ceinture ſur la toge: ſi les Romains que les marbres nous repréſentent avec cet habit, ſont ceints, ce n'eſt que de la toge même, qu'ils tournent autour du corps comme une ceinture, & dont ils font une eſpece de nœud, comme on peut voir dans certaines figures. Macrobe ne dit pas qu'on mît une ceinture ſur la toge; mais il dit ſeulement parlant d'Hortenſius qui ſe piquoit d'être habillé proprement, qu'il faiſoit ſon nœud de telle maniere que le pan de ſa robe qui pendoit ſur le devant, s'étendoit également autour du nœud. C'eſt ce qu'il me ſemble qu'on peut aſſez bien comprendre ſur les differentes images que nous en donnons: ce pan de robe qui pendoit ſur le devant, & qui étoit arrêté par le nœud, étoit à mon avis ce qu'on appelloit le *ſinus*, & l'extrémité du pli que faiſoit ce pan de robe étoit ce qu'on appelloit *umbo*. Je voi que plu-

---

chlamyde, ſive in paludamento, talem unquam inciſionem, ſive collare conſpici. Inter innumeras chlamydes, quas quarto tomo proferimus, hæc inciſio ſeu collare, aliquando ſaltem animadverteretur, ſi revera in chlamyde fuiſſet.

Hactenus de toga: in ipſis ſchematibus perpendat eruditus lector an clauſa, an aperta toga eſſet: hic multæ afferuntur togarum imagines, atque in aliis quoque hujus operis tomis togæ non paucæ repræſentatæ occurrunt.

V. Toga lanea erat ut ſcriptorum complurium teſtimoniis aſſeritur: ſed poſteriori ævo ex ſerico exque alio fortaſſe panno concinnabatur. Alba initio, ut plurimum erat: ſed togam pictam atque prætextam, quæ inſignia magiſtratuum Hetruſcorum erant, primus ut Romæ haberentur inſtituit Tullus Hoſtilius, ut ait Macrobius Saturn. lib. 1. cap. 6. ſed in colore etiam invecta mutatio fuit, & fortaſſe in forma quoque: ea vero vel ſtrictior vel latior apparabatur, ſecundum facultates illa utentium. Etſi ad bellum gerendum hujuſmodi veſtis non apta videretur, priſcis tamen temporibus, ut diximus, & belli & pacis veſtimentum toga erat. Poſteriori autem ævo toga pacis tantum tempore geſtabatur, ita ut etiam toga pro pace haberetur, ut hoc verſu ſignificatur:

Cedant arma togæ.

Quæritur an toga zona præcingeretur: quæſtio autem hæc ex loco quodam Macrobii oritur, qui locus admodum obſcurus intricatuſque videtur. Statuæ certe togatæ nullam unquam præferunt zonam. Si Romani illi quos marmora togatos exhibent præcincti ſunt, ipſa tantum toga præcinguntur, quam circa corpus convolvunt, ac cingulum, imo quemdam ceu nodum efficiunt, ut in quibuſdam togis infra videas. Macrobius non zona præcinctam togam dicit, ſed de Hortenſio loquens Saturn. 2. c. 9. hæc habet: *Hortenſius vir ex profeſſo mollis, & in præcinctu ponens omnem decorem: fuit enim veſtitu ad munditiem curioſo: &, ut bene amictus iret, faciem in ſpeculo ponebat: ubi ſe intuens togam corpori ſic applicabat, ut rugas non forte, ſed induſtria locatas artifex nodus conſtringeret, & ſinus ex compoſito defluens nodum lateris ambiret*, nodus ille ex ipſa toga efficiebatur, ita ut ſinus veſtis ex compoſito defluens nodum undique ambiret; id in oblatis togæ imaginibus intelligitur. Pars illa togæ defluens, quæ nodo firmabatur, illud erat quod ſinum vocabant. Sinûs autem ſumma pars quæ quaſi inflata erat, *umbo* dicebatur. Multos ex

ſieurs Antiquaires après avoir longtems diſputé ſur le *ſinus* & l'*umbo* de la toge, ſont obligez d'en venir à ce ſentiment, parce que les images qu'on en a ſemblent démentir toute autre explication. La toge faiſoit donc elle-même ſa ceinture. Ce qu'on appelloit *cinctus Gabinus* étoit encore pris de la toge même lorſqu'elle ſervoit à la guerre. Dans les combats ceux qui portoient la toge la ceignoient autour du corps,& l'arrêtoient par un nœud : c'eſt de là qu'eſt venu le terme *in procinctu*, qui originairement ſe diſoit d'un homme prêt à combattre, mais qui dans la ſuite a ſervi pour marquer un homme préparé à toute autre action.

VI. Les Romains qui alloient aſſez ordinairement la tête nue, mettoient le haut de la toge deſſus, lorſque le ſoleil, la pluie ou le froid les obligeoient de la couvrir : quand ils rencontroient quelqu'un à qui ils vouloient faire honneur, ils ôtoient, dit Plutarque, leur vêtement de deſſus la tête : ce qui fait voir qu'ils ſe ſervoient de la toge même pour la couvrir. Juſte-Lipſe a cru qu'ils ſe couvroient la tête d'une extrémité de la toge ; mais la maniere que nous venons de dire, comme le remarque le Ferrari, eſt & plus naturelle, & plus conforme aux anciens monumens.

On quittoit la toge dans les deuils & dans les calamitez publiques : les Senateurs la quittoient auſſi pour prendre la robe des chevaliers. Les morts pourtant, ceux même de la plus baſſe condition, étoient portez au tombeau avec la toge. C'eſt ce que diſent aſſez clairement Juvenal & Martial. Lampridius ſur Commode dit de plus qu'on avoit accoutumé d'aſſiſter aux funerailles avec la toge. On quittoit la toge aux Saturnales pendant cinq jours, dit Martial. C'étoit apparemment parce que cet habit étoit trop grave & trop embarraſſant pour ces réjouiſſances où les maîtres ſervoient leurs eſclaves à table. On la portoit dans les feſtins ; les exemples en ſont aſſez frequens chez les auteurs : celui de Spartien eſt remarquable ; *L'Empereur Hadrien*, dit-il, *recevoit debout les Senateurs qui venoient dîner chez lui, & ſe mettoit toujours à table ou avec le manteau ou avec la toge rabattue.* C'eſt ainſi que je crois qu'il faut tourner *aut toga ſubmiſſa* ; il la laiſſoit tomber de deſſus l'épaule & la rabattoit ainſi. La toge auroit été trop embarraſſante, s'il l'avoit laiſſée ſur l'épaule gauche, comme on la portoit ordinairement. Je ſuis entierement du ſentiment du Ferrari, qui l'explique ainſi ; & je l'entendois de même avant que de lire ſon explication.

---

antiquariæ rei peritis video, qui poſtquam de ſinu, deque umbone togæ diu diſputarunt, ad hanc demum explicationem deflectunt, quia imagines togæ quæ ſuperſunt, quemvis alium explicandi modum explodere videntur. Toga igitur ſibi ipſi cingulum zonaque erat, huncque cingendi modum *cinctum gabinum* vocabant,etiam cum toga in bello uſurpabatur. Priſcis enim temporibus qui togam geſtabant, illa corpus præcingebant, nodoque illam firmabant, indeque profluxit illud *in procinctu*, quod initio dicebatur de iis tantum qui ad pugnandum in procinctu ſive præcincti erant ; ſed inſequenti tempore de homine in quamlibet aliam rem parato dictum fuit.

VII. Romani qui ut plurimum nudo capite incedebant, quando aut ſol, aut imber, aut frigus ut contegerent ſuadebat, togam ſummam capiti imponebant. Quando cuipiam occurrebant, cui honorem exhibere vellent, veſtem a capite removebant, inquit Plutarchus : quod ſignum eſt eos toga caput operuiſſe. Extrema imaque togæ ora Romanos caput operuiſſe putavit Juſtus Lipſius ; ſed is modus quem modo dicebamus, quemque Ferrarius explicat, & rei & monumentorum imaginibus congruentior eſſe videtur.

In luctu toga deponebatur, ſimiliterque in calamitatibus publicis. Senatores illa poſita equitum veſte induebantur. Defuncti tamen etiamſi ex infima plebe eſſent, cum toga deferebantur :

Pars magna Italiæ, ſi verum admittimus, in qua
Nemo togam ſumit, niſi mortuus :

Inquit Juvenalis ſatyra 3. apud Martialem quoque hunc obſervamus uſum. 9. 57.

Nec pallens toga mortui tribulis.

Lampridius item in Commodo cap. 16. ait in funeribus ſolere togam uſurpari. Saturnalibus per dies quinque toga deponebatur, inquit Martialis : fortaſſe quia veſtis nimiam præferret ſeveritatem quæ hiſce diebus feſtis non conſentanea eſſet, cum heri ſervis miniſtrarent. In conviviis tamen geſtabatur : cujus rei exempla apud ſcriptores plurima ſunt : locus hic Spartiani obſervatu dignus videtur. *Hadrianus*, inquit, *ad convivium venientes Senatores ſtans excepit : ſemperque aut pallio tectus diſcubuit, aut toga ſubmiſſa* : togam ſubmiſſam ſic intelligendam puto, ex lævo humero extractam, & ſic dimiſſam, ut in triclinia-ri lecto ab illa parte jaceret, levandi ſcilicet incommodi cauſa. Hac in re cum Ferrario ſentio, atque ita locum hunc acceperam antequam in Ferrarium in-

Nous verrons dans la ſuite des gens à table aiant l'habit tout-à-fait rabattu ſur la hanche.

Un paſſage de Lampridius nous apprend qu'aux jeux publics les ſpectateurs avoient porté autrefois la toge, mais que l'Empereur Commode les obligea d'y venir avec la *penula*, qui étoit comme nous avons dit ci-deſſus, une eſpece de manteau court.

L'uſage de la toge étoit non ſeulement chez les Romains, mais auſſi dans toute l'Italie, dans les villes municipales, & chez les peuples conquis; & ce n'eſt que pour cette raiſon qu'on appelloit *togata* cette partie des Gaules qui avoit l'uſage de la toge. Quoique ce fut ordinairement un habit d'honneur, on la trouve en uſage parmi les gens de baſſe condition.

Ceux qui triomphoient portoient la toge peinte, qui étoit un habit Hetruſque; les Conſuls la portoient auſſi, les Tribuns de même, & les Préteurs, à ce qu'on croit, quand ils ſacrifioient, & quand ils aſſiſtoient aux jeux.

Varron dans Nonius parle de certaines toges ſi tranſparentes, qu'on voioit à travers la tunique qui étoit deſſous. Il y avoit auſſi des toges ondées comme nos camelots tabiſez, que Nonius appelle *undulatæ togæ*, & Pline *undulata veſtis*.

---

ciderem. Infra videbimus diſcumbentes viros demiſſis ad femur uſque veſtimentis.

Docet Lampridius in Commodo cap. 16. in ludis publicis ſpectatores olim togatos acceſſiſſe, ſed conſuetudinem juſſu Commodi mutatam: *contra conſuetudinem*, inquit, *penulatos juſſit ſpectatores non togatos convenire.*

Togæ uſus non Romæ tantum, ſed etiam per totam Italiam admittebatur, in urbibuſque municipalibus, & in ſubactis quoque nationibus: ideoque *togata* vocabatur pars illa Galliæ quæ togæ uſum receperat: etſi honorifica veſtis eſſet, plebeii quoque uſus aliquando fuiſſe deprehenditur.

Qui triumphabant togam pictam geſtabant, quæ erat, ut dictum eſt, Hetruſca veſtis: conſules item illa, & tribuni perinde amiciebantur: itemque prætores, ut putatur, quando ſacrificabant, ſeu quando ludis publicis intererant.

Varro in Nonio Marcello togas quaſdam memorat ita pellucidas, ut ſubtus poſita tunica videretur: *Iſtorum*, inquit, *vitreæ togæ oſtentant tunicæ clavos.* Erant etiam undulatæ togæ quas commemorat Nonius: à Plinio item undulata veſtis memoratur.

CHAPITRE VI.

I. *On dispute sur la forme du* latus clavus *ou du clou large qu'on mettoit sur la tunique & sur la toge. II. Preuves que le clou large étoit une bande d'étoffe longue qu'on inseroit dans la tunique ou dans la toge. III. Le clou large se mettoit aussi aux serviettes, aux nappes & aux lits.*

I. LE *latus clavus* ou le *clou large* a causé encore plus de disputes entre les auteurs que la toge : il donnoit le nom à tout l'habit, quoique ce n'en fut proprement qu'un ornement. Le *latus clavus* étoit une tunique propre aux Senateurs, comme l'*angustus clavus* ou le *clou étroit* étoit la tunique des Chevaliers Romains. On demande ce que c'étoit que le *latus clavus*. Sans nous arrêter aux sentimens des premiers antiquaires de ces derniers tems, qui ont dit que c'étoient, les uns des fleurs, les autres des boucles, & quelques-uns des boutons, qu'on mettoit aux tuniques pour l'ornement ; sans nous arrêter, dis-je, à ces sentimens qui ont été refutez, & que personne ne soutient plus presentement ; nous ne parlerons que des deux opinions qui partagent aujourd'hui les gens de lettres. Ils conviennent tous que c'étoient des pieces de pourpre qu'on inseroit dans les tuniques ; ils conviennent aussi qu'elles avoient la forme de clous, & que de là vient le nom de *latus clavus* ou du clou large : mais ils different en ce que les uns croient que ces pieces de pourpre étoient de forme ronde, & avoient ainsi la figure d'un clou, c'est-à-dire de la tête d'un clou ; que quand cette piece ronde étoit grande, on l'appelloit *latus clavus*, le clou large ; & que quand elle étoit plus petite, on la nommoit *angustus clavus*, le clou étroit. C'est le sentiment du Ferrari, que quelques-uns soutiennent encore.

II. Mais Rubenius prétend que le mot *latus clavus* signifie non pas une piece ronde qui eût la forme de la tête d'un clou, mais une longue piece qui avoit la forme du clou même ; ou des bandes de pourpre tissues dans la toge ou dans d'autres sortes d'habit, qu'on appelloit *latus clavus*, quand elles avoient une certaine largeur ; ou *angustus clavus*, quand elles étoient plus étroites. Les principales raisons sur lesquelles il se fonde sont, que ces sortes de robes clouées, qu'on appelloit *clavatæ vestes*, se nommoient

---

CAPUT VI.

I. Disputatur de forma lati clavi, qui tunicis atque togis superponebatur. II. Multis argumentis probatur latum clavum fuisse pannum oblongum, qui in tunicas & in togas inserebatur. III. Latus clavus in mantilia, etiam in mappas, & in lectorum tegmina immittebatur.

I. LATUS *clavus*, de cujus forma plus, quam de toga, digladiantur nuperi scriptores, vesti nomen indebat, etsi ornamentum solummodo vestis esset. Erat latus clavus tunica Senatorum, ut angustus clavus Equitum Romanorum. Quæritur quid latus clavus esset ; hac in re eruditorum turba deducitur in partes. Nihil morabimur eos qui primi hisce postremis temporibus rem tractarunt, quorum alii latos clavos esse flores, alii fibulas, aliique globulos, quos vulgo *boutons* vocamus, putaverunt : his, inquam, missis opinionibus quæ jam confutatæ penèque obsoletæ sunt : duas solum proferemus sententias, quæ apud litteratos obtinent, aliis illam, aliis alteram propugnantibus. Inter omnes jam convenit fuisse latum clavum, purpureum assumentum, quod tunicis insereretur : in hac etiam re consentiunt omnes latos clavos, clavorum formam quampiam habuisse, indeque ortum nomen esse ; verum ea in re divortia facta sunt, quod alii putent illa purpurea assumenta fuisse rotunda, sicque clavum retulisse, id est, caput clavi rotundum ; cumque assumentum illud majus erat, tunc latum clavum ; cumque minus, tunc angustum clavum dictum fuisse. Hæc est Octavii Ferrarii opinio, quam nonnulli hodieque propugnant.

II. At Albertus Rubenius latum clavum significare putat, non rotundum assumentum, quod caput clavi referat, sed oblongam purpuræ lineam aut virgam quæ clavum ipsum longitudine repræsentet, quæ purpureæ lineæ vel togis, vel tunicis, vel aliis vestimentis insererentur : tuncque latum clavum vocatum fuisse, cum latiores illæ virgæ erant ; angustum vero clavum, cum angustiores. His maxime argumentis nititur Rubenius : hæ clavatæ vestes μισοπόρφυρα græ-

en grec μεσοπόρφυρα, c'eſt-à-dire qui avoient des bandes de pourpre inſerées dans la robe; & que tout de même que περιπόρφυρον s'entend d'un habit bordé d'une bande de pourpre, μεσοπόρφυρον ſe doit expliquer d'un habit où la bande va au milieu ou tout au travers de l'étoffe. Cette explication paroit plus naturelle & pour l'un & pour l'autre habit. C'eſt ainſi que S. Baſile explique ce mot grec des Septante au chapitre 3. d'Iſaïe : *Il blâme*, dit-il, *le luxe des femmes qui mettoient de la pourpre au bord de leurs juppes, ou qui l'inſeroient dans la juppe même.* S. Jerôme ſur le même endroit appelle *clavatam purpura*, clouée de pourpre, la même robe qui avoit de la pourpre inſerée comme une bande dans l'étoffe ordinaire. Ce qui paroit marquer évidemment que ce clou large étoit non une piece ronde de pourpre qui eût la forme de la tête d'un clou, mais une bande qui avoit la figure du clou même : ce que ſemble exprimer Horace lorſqu'il dit ; *On ajoute deux bandes larges de pourpre qui brillent dans l'habit.* C'eſt ainſi qu'il faut entendre Lucien, lorſqu'il parle d'un certain homme qui ſe glorifioit de la largeur de ſon clou. En effet les noms mêmes de *latus clavus* & d'*anguſtus clavus*, ſemblent ne pouvoir pas s'entendre d'une piece ronde plus grande ou plus petite. Les Gloſſes favoriſent l'interpretation de Rubenius ; *clavus impurpurata veſtis*, ἐμπόρφυρος ἐσθὴς καὶ ἔνηλος, une robe empourprée, & qui a des clous. L'ancien Gloſſaire de cette Abbayie qui a environ neuf cens ans d'antiquité, a auſſi *clavus purpurata veſtis*, le clou ſignifie une robe pourprée ; & cite pour cela un auteur nommé Placide. Ce qui eſt à remarquer après Rubenius, eſt qu'Iſidore, Alcuin, Amalarius, Jean diacre & Raban Maur parlant des dalmatiques, font mention de ces longues bandes qu'on y met pour l'ornement, & qu'Iſidore les appelle clous, *clavos* ; Alcuin des verges, *virgulas* ; Amalarius des lignes, *lineas* ; Jean diacre des ceintures, *zonas* ; & Raban des voies, *tramites*.

III. Cette bigarrure ſe voioit auſſi dans les ſervietes ; Lampride dans la vie de l'Empereur Alexandre Severe, dit que dans ſes feſtins on donnoit des ſervietes clouées d'écarlate, *clavata cocco mantilia.* Ce clou ſe trouvoit auſſi dans les nappes & dans les linges qu'on mettoit ſur les lits où ſe couchoient les

---

ce appellabantur ; id eſt, quæ medias inſertas aut lineas aut tænias purpureas haberent : quemadmodum enim περιπόρφυρον græce intelligitur veſtis quæ circum tænia vel linea purpurea exornatur ; ita μεσοπόρφυρον explicandum de veſte quam mediam permeant eædem virgæ aut tæniæ purpureæ, quæ ſane explicatio videtur ad voces illas περιπόρφυρον & μεσοπόρφυρον quadrare. Hac ratione intelligendi, inquit, ſeptuaginta interpretes Iſaiæ cap. 3. cum aiunt : καὶ τὰ περιπόρφυρα, καὶ τὰ μεσοπόρφυρα, καὶ τὰ ἐπιβλήματα κατὰ τὴν οἰκίαν αὐτῆς, καὶ τὰ διαφανῆ λακωνικά : quem locum ſic explicat Baſilius : τὸν ἐν τῇ ἕδῃτι κόσμον τῶν καλλωπιζομένων γυναικῶν, ὡς περίεργον διαβάλλει, πορφύρας ποτὲ μὲν κατὰ τὰ ἄκρα παρυφαινόντων, ποτὲ δὲ κατὰ τὸ μέσον αὐτὴν ἐντιθέντων : id eſt : *ornatum veſtis, quem mulieres affectant, tamquam ſuperfluum perſtringit : quæ aut veſtium oris attexebant purpuram, aut eam parti mediæ immittebant.* Hic habes τὸ μεσοπόρφυρον togæ pannum oblongum immiſſum in veſtem, ut τὸ περιπόρφυρον in veſtimenti ora attexebatur : quod autem μεσοπόρφυρον purpuræ clavum illum immiſſum in veſtimentum ſignificet, id Hieronymus diſerte perhibet in eumdem ſcripturæ locum, ſic loquens : *ſeptuaginta tunicam* μεσοπορφύραν, *id eſt, clavatam purpura, tranſtulerunt.* Hinc palam eſt μεσοπόρφυρον, clavatam veſtem ſignificare, & ex interpretatione Baſilii liquet inſertam fuiſſe purpuræ lineam oblongam, & qualem oris veſtimenti attexebant : atque inde conſequitur purpureum illud aſſumentum non rotundum fuiſſe, neque capiti clavi ſimile, ſed purpureum pannum aut virgam, quod ſic exprimit Horatius de arte poëtica init.

Purpureus late qui ſplendeat unus & alter
Adſuitur pannus.

Sic etiam intelligendus Lucianus, cum quempiam memorat qui de clavi ſui latitudine gloriabatur. Certe ipſa nomina lati anguſtique clavi, non videntur ad aſſumentum rotundum aut majus aut minus poſſe referri : gloſſæ etiam Rubenii interpretationi favent : *clavus impurpurata veſtis*, ἐμπόρφυρος ἐσθὴς καὶ ἔνηλος, *veſtis impurpurata & clavata.* Gloſſæ veteres hujuſce monaſterii a nongentis circiter annis deſcriptæ ſic habent, *clavus purpurata veſtis*, ubi auctor interpretationis affertur Placidus quidam : quodque poſt Rubenium annotandum eſt, Iſidorus, Alcuinus, Amalarius, Joannes Diaconus & Rabanus Maurus de Dalmaticis loquentes, pannos ſeu lineas illas ad ornatum immiſſas hiſce vocibus efferunt : Iſidorus clavos appellat ; Alcuinus, virgulas ; Amalarius, lineas ; Joannes Diaconus, zonas ; Rabanus, tramites.

III. Hic varius ornatus in mantilibus etiam uſurpabatur. Lampridius in Alexandro Severo cap. 37. ait in conviviis adhibita fuiſſe *clavata cocco mantilia* : in mappis etiam & in linteis, quæ ſupra lectos ſterne-

anciens pour prendre leur repas. Cela ſe voit dans un paſſage d'Ammien Marcellin, qui prouve que ces clous étoient des bandes longues, & non pas des pieces rondes comme des têtes de clous: *Il vit*, dit-il, *deux de ces linges qui couvroient les lits, deux clous ſi larges, que par l'artifice des ſerviteurs de table ils ſe touchoient l'un l'autre; la table étoit couverte de nappes de la même ſorte, de maniere que le tout reſſembloit à l'habit du Prince.* Deux clous qui ſe touchoient ainſi l'un l'autre, en ſorte qu'ils paroiſſoient être unis, ne pouvoient pas être des figures rondes comme des têtes de clou; comment cela auroit-il pu reſſembler à l'habit du Prince, qui étoit alors tout de pourpre, s'il n'avoit eu que ces pieces rondes?

Ces clous étoient quelquefois d'or: l'Empereur Aurelien dans ſa lettre à Gallonius Avitus dit qu'il donne à Bonoſus une tunique de ſoie clouée d'or.

De cet habit venoit le nom de *laticlavii*, qu'on donnoit aux Senateurs & à leurs enfans qui portoient le clou large. On le donnoit auſſi aux plus qualifiez des Chevaliers & à leurs enfans auſſi. Ceux qui étoient d'un degré plus bas s'appelloient *anguſticlavii*, tel étoit le pere de Suetone, comme le dit le même Suetone à la fin de la vie de l'Empereur Othon. De là venoit le nom de *patrimonium laticlavium*, du patrimoine au clou large, que nous remarquons dans Petrone: c'étoient les biens & les fonds de terre qui paſſoient aux enfans de ceux qui portoient le clou large. Ils ne le portoient eux-mêmes que lorſque quittant la robe qu'ils appelloient Pretexte, ils prenoient la Toge.

---

bantur, clavus adhibebatur. Quod in loco quodam Ammiani Marcellini deprehenditur, quo etiam loco probatur clavos illos virgas fuiſſe; non autem aſſumenta rotunda: ſic lib. XVI. Ammianus de veteratore quodam loquens: *cum vidiſſet linteorum toralium par, duos clavos ita latiſſimos, ut ſibi invicem arte miniſtrantium cohærerent, menſamque operimentis paribus tectam intrinſecus, ſtructuram omnem ut amictus adornaverat principales*: duo clavi qui ſeſe mutuo contingerent, ſibique mutuo cohærerent, ita ut amictum Principis ſeu Imperatoris qui purpureus erat referrent, non poterant capita tantum clavorum referre.

Hujuſmodi clavi aliquando aurei erant: Vopiſcus in Bonoſo cap. 15. epiſtolam Aureliani Imperatoris affert, ubi inter munera Bonoſo ab ipſo Imperatore data memorat *tunicam auro clavatam ſubſericam.*

Ex hujuſmodi veſte profectum *laticlavii* nomen, quod Senatoribus eorumque filiis latum clavum geſtantibus dabatur: etiamque Equitum Romanorum præcipuis & inſignioribus eorumque filiis latus pariter clavus concedebatur. Qui in gradu erant inferiori *Anguſticlavii* nominabantur, quod anguſtum geſtarent clavum: talis Suetonii pater erat, ut ipſe Suetonius teſtificatur in fine vitæ Othonis Imperatoris. Hinc etiam patrimonium laticlavium quod apud Petronium memoratum obſervamus: ſic appellabantur bona prædiaque, quæ ad filios eorum qui latum clavum geſtaverant, in hereditatem tranſibant: qui etiam filii tunc primum latum clavum ſumebant, cum prætextâ depoſitâ toga ipſa veſtiebantur.

CHAPITRE VII.

I. *Où l'on parle de differentes ſortes d'habits, dont les noms étoient* trabea. *II.* Lacerna. *III.* Pullata veſtis *ou l'habit brun, & d'autres habits. IV. De ceux auſſi qu'on appelloit* Caracalla. *V.* Colobium. *VI.* Gauſapa. *VII.* Lacinia.

I. CE qu'on appelloit *trabea* étoit auſſi un habit d'honneur, dont la forme n'eſt guere moins diſputée que celle du *latus clavus*. Elle étoit ainſi appellée, à ce que l'on croit, de certaines bandes qui traverſoient ſur la poitrine preſque comme une écharpe, mais qui étoient tiſſues dans l'habit même. Il y en avoit, dit Servius, de trois ſortes: celle des dieux étoit toute de pourpre; celle des rois, de pourpre mêlée de blanc; & celle des prêtres mêlée de pourpre & d'une autre eſpece de pourpre qu'on appelloit *coccum*. Selon pluſieurs auteurs elle ne differoit de la toge que par la qualité de l'étoffe. Denys d'Halicarnaſſe le dit aſſez clairement: mais Rubenius prétend qu'elle differoit en ce qu'elle étoit plus courte, & apporte pour cela un vers de Virgile qui ſemble dire que la *trabea* étoit courte. Il eſt certain, pourſuit Rubenius, qu'elle n'étoit pas fort differente du *paludamentum* ou de la chlamyde Romaine: de là vient que les Saliens, qui ſont appellez *trabeati* dans Denys d'Halicarnaſſe, ſont nommez *paludati* dans Feſtus. Le Ferrari ſe revolte contre le ſentiment de Rubenius: mais je ne voi pas qu'il nous donne de plus grands éclairciſſemens. Après toutes les diſputes, le ſentiment de Rubenius paroit toujours le plus plauſible.

II. La *Lacerne* étoit une eſpece de manteau ou de ſurtout, qui anciennement ne ſervoit que pour la guerre, mais qui dans la ſuite fut en uſage à la ville & aux champs. On l'attachoit pardevant avec une boucle, comme pluſieurs font encore aujourd'hui. On y attachoit un capuchon qu'on appelloit *cucullus:* preſque tous conviennent que ce capuchon s'ôtoit aiſement quand on vouloit. On en faiſoit pour l'hiver d'étoffe plus groſſe & plus velue, & pour l'été elles étoient plus legeres. On les faiſoit ordinairement de laine. Au commencement, & même juſqu'au tems de Ciceron, la lacerne n'étoit que pour le peuple; c'étoit une eſpece de honte aux Senateurs de paroitre avec un tel habit: mais dans la ſuite des tems elle devint commune à tout le monde.

CAPUT VII.

I. De variis veſtimentorum generibus diſſeritur; de trabea. II. De lacerna. III. De pullata veſte, deque aliis. IV. De caracalla. V. De colobio. VI. De gauſapa. VII. De lacinia deque aliis nonnullis.

I. QUÆ trabea vocabatur, honorifica quoque veſtis erat, cujus forma non minores peperit controverſias, quam latus clavus. Sic appellabatur, ut putant, a quibuſdam pannis ſeu faſciis quæ tranſverſæ geſtabantur; ſed in ipſa veſte attextæ. Servius ad 7. Æneidos ex Suetonii libro de genere veſtium tria eſſe genera trabearum tradit: *Unum diis ſacratum quod eſt tantum de purpura: aliud regum, quod eſt purpureum, habet tamen aliquod album: tertium augurale, de purpura & cocco*: non pauci putant trabeam a toga ex ſola panni conditione diſtingui, non autem a forma; idipſum Dionyſius Halicarnaſſeus non obſcure dicere videtur: at Rubenius contendit breviorem fuiſſe toga, & hunc affert Virgilii locum

Æneid. 7.

parvaque ſedebat
Succinctus trabea.

Certum eſt, pergit Rubenius, non diſſimilem fuiſſe paludamento ſive chlamydi: indeque Salii qui trabeati dicuntur apud Dionyſium Halicarnaſſeum, apud Feſtum paludati vocantur. Rubenii ſententiam explodere nititur Ferrarius, ſed non videtur ipſe majorem rei lucem afferre, ponderatiſque omnibus, veriſimilior videtur Rubenii ſententia.

II. Lacerna pallii genus quoddam erat priſcis temporibus in bello dumtaxat uſurpatum, at poſteriori ævo in urbe ipſa & rure uſurpabatur. Fibula annectebatur, ut hodieque fieri ſolet: huic etiam hærebat cucullus, qui, ut omnes fere ſentiunt, amoveri facile a lacerna poterat. Hieme ex panno denſiore & piloſiore geſtabatur, æſtate ex leviore purioreque: ex lana vulgo confecta erat: initio imo uſque ad Ciceronis ævum lacerna plebi tantum erat in uſu. Pudori fuiſſet Senatoribus, ſi tali veſte induti prodiiſſent: ſed poſteriori ævo ab omnibus permixtim geſtatam fuiſſe comperimus: plebs ut plurimum atram aut fuſ-

Le

Le peuple la portoit ordinairement noire ou brune ; les Senateurs & les gens de quelque diſtinction la portoient de pourpre. L'Empereur Alexandre Severe, dit Lampridius, alloit à ſes thermes ou à d'autres pour s'y baigner avec le peuple, & ſur tout en été ; il s'en retournoit au Palais portant l'habit ordinaire des bains, avec cette ſeule marque d'Empereur, qu'il étoit revêtu d'une *lacerne* d'écarlate. Le *Birrhus* étoit à peu près la même choſe que la lacerne, & c'eſt ce qui fait que les anciens ſemblent prendre indifferemment l'un pour l'autre : on croit que les lacernes prirent le nom de *Birrhus* du mot grec πύῤῥος, qui veut dire roux, parcequ'on les faiſoit de cette couleur ; & comme le Birrhus avoit un capuchon de même que la lacerne, on a auſſi appellé Birrhus un capuchon ou un bonnet qui ſervoit à couvrir la tête.

III. Ce qu'on appelloit *pullata veſtis*, ne ſe prenoit pas ſeulement pour le deuil, mais auſſi pour un habit populaire ; d'où venoit le nom de *pullata turba*, la troupe noire, & de *pullatus circulus*, le cercle noir, dans Quintilien. La couleur en étoit noire, & la forme étoit celle de la lacerne. Le *bardaicus cucullus* étoit ſelon Caſaubon la même choſe que le *bardocucullus* des Gaulois ; mais ſelon Saumaiſe c'étoit ce que Martial appelle *Liburnicus cucullus* ; le nom *Bardaicus* ſelon lui étoit pris des peuples d'Illyrie qu'on appelloit *Bardæi* ; la choſe eſt incertaine.

IV. La *Caracalle* approchoit pour la forme de la lacerne ; c'étoit un habit barbare & gaulois. Tout le monde ſait que l'Empereur Antonin Caracalla fut ainſi appellé parcequ'il ſe plaiſoit à porter cette ſorte d'habit. La caracalle Gauloiſe ne deſcendoit guere qu'à demi cuiſſe ; mais Caracalla en fit faire qui alloient juſqu'aux pieds. Elles avoient des manches & auſſi des capuchons comme les lacernes. Voila ce qu'on peut dire de cette ſorte d'habit. Je ne ſai ſi on a reconnu encore la caracalle ſur quelque ſtatue ou ſur quelque vieux monument.

V. Il y avoit encore un habit Senatorial qu'on appelloit le *colobium*, qui étoit une eſpece de tunique dont on ne connoit pas bien la forme, & dont il eſt fait rarement mention chez les auteurs.

VI. La *Gauſape* qui s'appelloit *Gauſapa*, *Gauſape* & *Gauſapum*, étoit un habit fort velu ; il ne l'étoit que d'un côté : on le diſtingue par là de l'*Amphimallum*, qui étoit velu des deux côtez ; on le portoit pour ſe garantir du froid. On appelloit encore ainſi des couvertures de lit velues, & certaines nappes auſſi

---

ſcam lacernam geſtabat ; ſenatoreſque nobileſve viri purpuream. Alexander Severus Imperator, inquit Lampridius cap. 42. *Thermis ſuis & veterum frequenter cum populo uſus eſt, & æſtate maxime balneari veſte ad palatium revertens, hoc ſolum Imperatorium habens quod lacernam coccineam accipiebat.* Birrhus idipſum pene erat quod lacerna : hinc veteres alterum pro altero paſſim accipiunt ; putaturque lacernas hoc nomine *Birrhus* appellatas ex voce græca πύῤῥος, quod rufum ſignificat, quia iſtius erant coloris. Quoniam vero birrhus cucullum habebat annexum, perinde atque lacerna, hinc factum ut birrhus pro cucullo etiam habitus ſit, aut pro petaſo caput operiente.

III. Quæ pullata veſtis dicebatur, non pro luctus veſtimento ſolum accipiebatur, ſed etiam pro veſte populari : indeque nomen *pullata turba* cepit, & *pullatus circulus* apud Quintilianum 11. 12. dicitur : color niger erat, formaque lacernæ ſimilis. Cuculli Bardaïci memorantur a Julio Capitolino in Pertinace cap. 8. putantur a Caſaubono iidem eſſe qui bardocuculli Gallorum ; Salmaſius vero exiſtimat eoſdem eſſe atque liburnicos cucullos, ſic dictos a Bardæis qui erant Illyriæ populi : res in incerto verſatur.

IV. Caracallà quantum ad formam lacernæ ſimilis erat : barbara autem gallicaque veſtis erat. Ignorat nemo Imperatorem Antoninum Caracallam ſic ideo vocatum fuiſſe, quod hoc veſtimenti genere uteretur. Caracalla Gallica ad dimidium uſque femur tantum defluebat ; ſed Caracalla Imperator hujuſmodi veſtes talares apparari juſſit. Manicis illæ erant inſtructæ, & cucullo etiam perinde atque lacernæ. Hactenus de Caracalla ; neſcio autem an hujuſmodi veſtimentum uſpiam compareat in marmoribus atque monumentis.

V. Genus aliud Senatoriæ veſtis *Colobium*, erat tunica quædam cujus forma neſcitur, cujus admodum infrequenter mentio eſt apud ſcriptores.

VI. *Gauſapa*, *Gauſape*, & *Gauſapum*, villoſa veſtis erat, ab una ſolum parte, qua in re diſtinguebatur ab Amphimallo, quod erat utrinque piloſum villoſumque. Hoc veſtimentum erat propulſando frigori paratum : gauſapa etiam vocabatur lodix quæ-

velues. On prend encore pour *Gauſapa* l'habit d'un roi captif Dace ou Parthe ; il eſt bordé de peaux. Cette ſorte d'habit étoit fort en uſage chez les Daces, comme nous verrons plus bas.

VII. Ce qu'on appelloit *Lacinia* étoit une partie du vêtement ; quelques-uns l'ont priſe pour l'extrémité d'en bas ; je ſuis aſſez pour cette opinion ; je trouve auſſi beaucoup de vraiſemblance à ce que dit Rubenius que *lacinia togæ* étoit l'un & l'autre angle de devant. Ce ſentiment ſuppoſe que la toge étoit toute ouverte ; ce qui nous paroit fort vraiſemblable. Ce vers de Plaute

At tu ædepol ſume laciniam, atque abſterge
Sudorem tibi,

peut s'entendre du bord du vêtement auſſi-bien que de l'angle ; de même que cet autre endroit de Suetone dans la vie de l'Empereur Claude ; » J'ai oui » dire à nos anciens que les plaideurs abuſoient tellement de la patience de » cet Empereur, que lorſqu'il ſe retiroit du tribunal, non contens de le rap- » peller à haute voix, ils le retenoient même quelquefois par le bord de ſa » robe & quelquefois par le pied. Je n'oſerois décider ſi la *Lacinia* ſe prenoit pour le bord en general ou pour l'angle de l'habit : peutêtre ſe prenoit-il pour l'un & pour l'autre.

---

dam villoſa, pariterque mappa villoſa. Gauſapa creditur eſſe veſtis cujuſdam Daciæ aut Parthiæ Regis, quæ pellibus aſſutis munita videtur : quod veſtis genus apud Dacos in uſu fuiſſe videtur, ut infra dicemus.

VII. Quæ lacinia dicebatur, pars veſtimenti erat : aliqui putant imam oram fuiſſe ; quæ ſententia non improbabilis videtur : imos angulos veſtis fuiſſe exiſtimat Rubenius, quam ego ſententiam veriſimilem arbitror ; etenim togam apertam fuiſſe cum eodem Rubenio diximus, & rem quaſi conſpicuam ſtatuimus ſupra : hic Plauti verſus in Mercat. Scena 2.

At tu ædepol ſume laciniam, atque abſterge
Sudorem tibi

de ora aut de angulo veſtis intelligitur ut puto : ſimiliterque ille alius Suetonii locus in Claudio : *Illud quoque a majoribus natu audiebam, adeo cauſidicos patientiæ ejus ſolitos abuti, ut deſcendentem e tribunali non ſolum voce revocarent, ſed & lacinia togæ retenta, interdum pede apprehenſo retinerent.* His conſpectis non auſim aſſerere utrum lacinia pro ora tota acciperetur, an pro angulis tantum veſtis ; forte lacinia de utroque intelligebatur.



HABITS DES ROMAINS

V. Pl. a la 28. page T. III.

1

Beger

2

Perier

3

Boissard

CHAPITRE VIII.

I. La toge prétexte donnée aux jeunes nobles & aux magiſtrats Romains. II. Images de la Pretexte. III. A quel âge on la donnoit aux jeunes nobles. IV. Hiſtoire de Papirius Prætextatus. V. Autre jeune Senateur avec la toge.

I. LA Prétexte étoit une eſpece de toge qu'on donnoit aux garçons de qualité Romains, quand ils entroient dans l'adoleſcence: on l'appelloit *Prætexta*, parceque les bords étoient ornez & comme tiſſus de pourpre. Les Grecs l'appelloient *periporphyros*, mot qui marque qu'elle avoit un bord de pourpre tout autour. Ce n'étoient pas ſeulement ces jeunes gens qui ſe ſervoient de la Prétexte, mais auſſi en certaines occaſions les magiſtrats & les prêtres. » Nos jeunes garçons, dit Tite-Live, portent des toges prétextes « ou bordées de pourpre. Il eſt permis aux magiſtrats d'en porter dans les co- « lonies & dans les villes municipales. Dans Rome même il étoit permis aux « Commiſſaires des rues d'en porter. Ils en peuvent porter pendant leur vie & « après leur mort, quand on brûle leurs corps. « Les Augures, les Conſuls & les Dictateurs la portoient auſſi en certaines occaſions.

II. Nous donnons ici la forme d'un jeune homme habillé de la prétexte, PL. V. copié d'après une [1] ſtatue du cabinet de Brandebourg: la bordure de pourpre 1 n'y paroit pas, parcequ'apparemment la couture & la tiſſure étoit ſi fine, que le marbre ne peut la repréſenter: ce qu'on obſerve auſſi ſur ce qu'on appelloit *latus clavus* ou le clou large, qui étant de pourpre ne pouvoit paroitre ſur des ſtatues de marbre blanc ni par la couleur, ni par la tiſſure, & qu'on ne voit jamais dans les anciens monumens. Ce jeune homme porte une bulle pendue au cou, comme la portoient ordinairement les jeunes garçons de qualité: nous parlerons plus bas de l'uſage & des differentes eſpeces de bulles, dont nous donnerons un grand nombre de figures. On ceignoit, diſent quelques-uns, les prétextes en la même maniere que les toges; on appelloit cela *cinctus Gabinus*, la ceinture Gabine, qui ſe faiſoit avec la robe même, comme nous l'avons expliqué ci-deſſus en parlant de la toge.

III. On a fort diſputé ſur l'âge auquel les jeunes garçons de qualité quit-

---

CAPUT VIII.

I. Toga prætexta nobilioribus adoleſcentibus & magiſtratibus data. II. Prætextæ imagines. III. Qua ætate prætexta adoleſcentibus dabatur. IV. Hiſtoria Papirii Prætextati. V. Juvenis Senator cum toga.

I. PRÆTEXTA togæ ſpecies erat, qua Romani nobiles pueri induebantur, quo tempore adoleſcentiam attigerant. Prætexta appellabatur quia oræ ornatæ & quaſi textæ purpura erant: eam Græci vocabant περιπόρφυρον, quæ vox purpuream undique oram ſignificat. Non juvenes modo prætexta utebantur; ſed etiam quandoque Magiſtratus atque Sacerdotes. *Purpura viri utemur*, inquit Livius Decad. 4. l. 4. *prætextati in Magiſtratibus, in Sacerdotiis: liberi noſtri prætextis purpura togis utentur: Magiſtratibus in coloniis, municipiiſque: hic Romæ infimo genere magiſtris vicorum togæ prætextæ habendæ jus permittemus, nec id ut vivi ſolum habeant tantum inſigne, ſed etiam ut eo crementur.* Augures quoque, Conſules & Dictatores prætextam aliquando geſtabant.

II. Hic juvenem prætextatum proferimus, ex ſtatua Muſei Brandeburgici expreſſum a Begero in theſauro Brand. tom. 3. p. 360. Ora hic purpurea non conſpicitur, quoniam, ut videtur, ſutura texturaque ita ſubtilis erat, ut non poſſet in marmore exhiberi, quod ipſum dicendum de lato clavo, qui purpureus cum eſſet, in ſtatuis ex marmore albo perſpici nequit: marmor enim nec colorem nec ſubtilem texturam efferre poteſt. Hic juvenis bullam e collo pendentem habet, ut in more erat nobilium pueris. De bullarum variæ ſpeciei uſu infra loquuturi ſumus, ſchematumque ipſarum magnam copiam proferemus. Prætextæ, ut quidam aiunt, eodem quo togæ modo præcingebantur; qui cingendi modus cinctus gabinus vocabatur, ipſaque veſtis circa corpus convoluta, nodo firmabatur, ut ſupra de toga loquentes diximus.

III. Diſceptatum ſæpe fuit de ætate qua pueri

toient la prétexte, & prenoient la toge virile; les uns diſent que c'eſt après quatorze ans paſſez, au commencement de la quinziéme année; les autres au commencement de la dix-ſeptiéme: mais le P. Noris depuis Cardinal a fort bien prouvé par pluſieurs exemples, que c'étoit au commencement de la ſeiziéme année, quoiqu'il y ait eu bien des exceptions à cette regle, ſur tout du tems des Empereurs.

Ce jeune garçon tient un rouleau; à ſes pieds eſt une eſpece de laiete ronde qu'on appelloit *ſcrinium*, où ils mettoient leurs cannes à écrire, leurs tablettes, & quelques livres. Les manches de ſa tunique ne vont pas juſqu'au coude. La prétexte qu'il porte a la forme de la toge, à la bordure près, qui étoit de pourpre, & qui ne paroit pas ici; on l'appelloit auſſi la toge prétexte. On peut juger ſur cette figure & ſur les ſuivantes, ſi la toge étoit ouverte ſur le devant comme un manteau; ou ſi elle étoit fermée, n'aiant ſur le haut qu'un trou pour paſſer la tête & le bras: ſi elle étoit en cette derniere maniere, ce qu'on aura de la peine à ſe perſuader, ce trou auroit été, à ce qu'il paroit ſur toutes les images, d'énorme grandeur. Ils mettoient la toge ſur l'épaule gauche, la relevoient du même côté, & faiſoient encore paſſer tout le reſte du côté droit ſur le bras gauche: il entroit dans cet habit beaucoup d'étoffe; l'uſage n'en devoit pas être fort commode, il n'y avoit que l'habitude qui pût le rendre
2 ſupportable. Le jeune garçon [2] qui vient après porte auſſi la bulle & la toge prétexte. Ce qu'il y a de ſingulier dans cette image, c'eſt que le jeune homme porte la prétexte ſur l'épaule droite; cela pourroit être une faute du graveur, qui l'aura tournée de l'autre côté. Il tient auſſi le rouleau de la main droite, au lieu que tous les autres, tant de cette planche que des deux ſuivantes, le tiennent de la gauche: autre preuve que le premier graveur l'aura tournée de l'autre côté.

IV. Perſonne n'ignore l'hiſtoire de Papirius Prætextatus jeune garçon d'ordre Senatorial, qui preſſé par ſa mere de lui reveler ce qui s'étoit paſſé au Senat où il avoit aſſiſté; pour éluder ſes pourſuites, lui fit une fauſſe confidence: ce qui apprêta à rire à tous les Senateurs, qui ordonnerent que dans la ſuite les autres jeunes garçons de ſon âge n'aſſiſteroient point aux déliberations du Senat, & que le ſeul Papirius en recompenſe de ſa fidelité à garder le ſecret, s'y trouveroit avec les autres Senateurs. Il fut appellé, dit Macrobe, *Prætexta-*

---

nobiles poſita prætexta, toga virili induebantur; alii dicunt poſt quartumdecimum exactum annum ineunte decimo quinto; alii initio decimi ſeptimi anni. Sed R. P. Noriſius poſtea Cardinalis Cenotaph. Piſan. Diſſert. 2. c. 4. optime plurimiſque exemplis probat, initio decimi ſexti anni togam virilem aſſumere in more fuiſſe, etſi Imperatorum maxime ævo præter morem ſæpiſſime actum fuerit.

Hic juvenis volumen tenet, ad ejuſque pedes arcula rotunda eſt, quam vocabant ſcrinium, ubi reponebantur calami, pugillares librique aliquot. Tunica manicata eſt, ſed breves manicæ ne ad cubitum quidem pertingunt. Prætexta quam ipſe geſtat, togæ formam habet, una excepta ora quæ purpurea erat, licet id in marmore non compareat: ideoque vocabatur toga prætexta. In hoc ſchemate & in ſequentibus conſiderandum relinquitur, an toga ut pallium hodiernum aperta in anteriore parte fuerit, an vero clauſa undique ſolo foramine in medio relicto, ut per illud caput & brachium dexterum inducerentur. Si hoc ultimo modo res erat, quod vix putem quempiam eſſe crediturum: foramen illud in omnibus quas proferimus togis immanis latitudinis fuiſſet. Togam in humerum ſiniſtrum attollebant, infimamque oram eodem latere ſuper brachium ſiniſtrum reducebant, reliquam vero togæ partem ſub brachium dextrum adductam ſiniſtro iterum brachio ſuſtollebant: erat quippe veſtis hujus amplitudo magna; neque ita commoda fuiſſe videtur, ſed incommodum levabat diuturna conſuetudo. Quod in altera ſtatua [2] ſingulare obſervatur, juvenis ille prætextam humero dextero geſtat; ſed error fortaſſe ex ſcalptore provenerit, qui eam in alterum latus converterit, id quod non raro contingit. Volumen etiam manu dextera tenet, cum prior necnon omnes alii qui in duabus ſequentibus tabulis exhibentur, ſiniſtra illud teneant: unde ſuſpicio augetur eum a ſcalptore primo converſum fuiſſe.

IV. Papirii prætextati hiſtoriam nemo neſcit; erat ille juvenis Senatorii ordinis, quem mater percontabatur quid in curia ubi cum patre ſuo fuerat factum eſſet: renitente puero, urgebat mater vehementiuſque perquirebat; tum puer lepido mendacio matrem decepit, quæ res ſenatoribus riſum paravit; conſultumque poſtea fuit, ut poſthac pueri in curiam non introirent præter unum Papirium, idque in præmium fidei prudentiæque: huic cognomentum honoris gratia inditum *Prætextatus*, ob loquendi tacendique in

HABITS DES ROMAINS

1

Maffei

2

Maffei

3

Maffei

HABITS DES ROMAINS

1

Boissard

2

Raccolta Maffei

3

Spon

4

Spon

5



6



tas, parceque dans un âge où il portoit encore la prétexte, il pouvoit garder ſon ſecret.

V. L'autre jeune homme [3] qui eſt à la même planche, a quitté la prétexte, [3]
& pris la toge virile ; il tient un rouleau comme les précedens. C'eſt ici, ce me ſemble, qu'on voit clairement que la toge étoit un habit ouvert, car le côté qui eſt mis ſur l'épaule gauche deſcend fort bas & tourne derriere, en ſorte qu'il paroit impoſſible qu'il tienne par le devant à l'autre côté.

---

prætexta ætate prudentiam, inquit Macrobius Sat. 1. 6.

V. Alter juvenis [3] in eadem tabula jam prætexta poſita togam ſumſit virilem : volumen ut duo priores tenet. Hic clare, ni fallor, conſpicitur togam fuiſſe veſtimentum apertum : latus enim togæ illud quod ſupra humerum ſiniſtrum imponitur ad terram pene defluit cum altero latere non conjunctum ; ut nullo modo fieri poſſe videatur ut alteri hæreat lateri.

CHAPITRE IX.

I. Pluſieurs images de Senateurs avec la toge ; la forme des ſcrinia *ou laietes rondes. II. Ce que c'étoit que* ſcutulata veſtis, paragauda, ſagum *&* ſubarmalis veſtis. *III. L'Empereur Trajan & pluſieurs autres figures en habit court, portant la chlamyde. IV. Habits de tout âge du tems de Trajan. V. Habits du tems de Conſtantin & de Theodoſe.*

PL. VI.

I. LES trois Senateurs [1] Romains de la planche ſuivante portent auſſi la [1]
toge ſur l'épaule gauche, & la ramenent enſuite ſur le devant, [2] laiſſant [2]
le bras droit libre : [3] quand on regarde attentivement ces figures, on ſe con- [3]
firme de plus en plus dans l'opinion que la toge étoit un habit ouvert ſur le devant. Chacun des trois tient un rouleau de la main gauche, & a un *ſcrinium* PL. VII.
ou une laiete à ſes pieds.

Le premier de la planche ſuivante paroit être un [1] jeune Senateur ; les bras [1]
de la ſtatue ſont tombez. A ſon côté eſt un chef d'armée couronné [2] de [2]
laurier, apparemment parcequ'il a remporté quelque victoire. Il eſt ici en habit de paix, & porte la toge ; les manches de ſa tunique ne vont pas juſqu'au coude. Il tient de la main gauche un rouleau, de même que les deux ſuivans, & a comme eux une laiete ronde à ſon côté. Le ſuivant [3] eſt remarquable en ce [3]
qu'il a les pieds nuds. Le dernier eſt auſſi couronné [4] de laurier, & a pour [4]
chauſſure la *calige* ou le *campagus*, dont nous parlerons plus bas au chapitre des chauſſures. Nous mettons encore ici à part deux laietes ou *ſcrinia* [5], outre celles [5]
qui ſont à côté des Senateurs, pour en faire mieux remarquer [6] & la forme & [6]

CAPUT IX.

I. Imagines togatorum Senatorum multæ : ſcriniorum forma. II. Quid eſſent ſcutulata veſtis, paragauda, ſagum & ſubarmalis veſtis. III. Imperator Trajanus & alii cum chlamyde ſeu paludati. IV. Veſtimenta Trajani tempore. V. Conſtantini & Theodoſii ævo.

I. TRES Romani [1] Senatores ſequentes togam item humero ſiniſtro geſtant, quam poſtea in anteriorem partem reducunt, brachio [2] dextero prorſus libero relicto. Hæc ſchemata ſi diligenter conſiderentur, ſane magis ac magis illa firmatur mens & [3] opinio, togam fuiſſe ab anteriori parte apertam : ex tribus ſinguli volumen tenent, ſcriniumque habent ad pedes poſitum.

Qui prior in ſequenti tabula occurrit juvenis [1] Senator eſſe videtur, ſtatuæ brachia vetuſtate collapſa ſunt. E regione hujus dux exercitus conſpicitur lauro [2] coronatus, quia, ut credere eſt, victoriam aliquam reportaverat : hic tamen togam pacificam veſtem geſtat. In tunica manicæ ad cubitum non pertingunt ; ſiniſtra volumen tenet perinde atque alii in tabula præcedenti, & ſcrinium a latere habet. Hac in re [3] ſingularis eſt is qui ſequitur, quod pedibus ſit nudis. Ultimus [4] etiam lauro coronatur, caliga aut campago calceatus, de quibus infra ubi de calceo. Hic alia duo [5] ſcrinia ponimus præter ea quæ a latere Senatorum ſunt, ut eorum & forma & uſus [6] me-

l'uſage. Nous voions dans l'une les rouleaux rangez dedans par ordre ; elles ſe fermoient à clef, la ſerrure eſt ici repréſentée cinq fois. Je n'ai jamais vu
Pl. de ſerrure certainement antique, repréſentée ailleurs que dans ces laietes
VIII. rondes.

1 Les deux Senateurs ſuivans ſont aſſis ſur un ſiege couvert [1] d'un couſſin ;
2 ils tiennent chacun un [2] rouleau. La figure ſuivante paroit être de quelque
3 philoſophe [3] ; il eſt auſſi aſſis & penſif en homme qui médite quelque choſe : ſon habit eſt trop court pour être une toge ; c'eſt un manteau qu'il porte ſur
Pl. IX. la chair nue.

1 Dans la medaille qui eſt au haut de la planche ſuivante, on [1] voit l'Empereur avec la toge ; il tient un globe de la main droite. Ces figures des medailles ſont ſi petites, qu'on ne peut guere s'y inſtruire de la forme des choſes.
2 Il n'en eſt pas de même de l'image ſuivante [2] de Caius Ceſtius, qui dans l'épitaphe miſe au bas relief dit un adieu éternel à ſa fille Erotion. Sa toge eſt, ce me ſemble, une nouvelle preuve que toutes les toges étoient ouvertes : ſa tunique plus longue que les ordinaires deſcend juſqu'à terre ; les manches ſi elles n'étoient pas retrouſſées couvriroient la meilleure partie du bras. Erotion qui donne la main à ſon pere, porte une tunique qui traîne à terre, dont les manches vont juſqu'à la main. Il n'entre dans ſa coëffure que ſes cheveux, auxquels un grand manteau qui l'environne de toutes parts eſt attaché.

Pl. X. Le Senateur qui ſuit & qui donne la main à ſa femme, eſt remarquable par la beauté du deſſein, ſa chauſſure eſt toute fermée, & celle de ſa femme ouverte, en ſorte que les orteils paroiſſent.

II. Ce que Juvenal appelle *ſcutulata veſtis*, a donné bien de l'exercice aux Critiques de ces derniers tems : on diſpute d'abord ſur l'étymologie de ce mot. Turnebe le fait venir de *ſcutum* : Saumaiſe le refute, fondé ſur ce que *ſcutum* a la premiere ſyllabe longue, au lieu que *ſcu* dans *ſcutulata* eſt bref ; il aime mieux le faire venir de σκυτάλη, *virga*, & prétend que la tiſſure de ces ſortes d'habits repréſentoit comme des verges. Les anciens ont trop peu parlé de cette ſorte d'habit, pour qu'on s'en puiſſe former une idée diſtincte.

La *paragaude* ou *paragauda veſtis*, étoit une eſpece d'habit qu'Aurelien donna aux ſoldats ; elle étoit compoſée d'une courroie, quelquefois de deux ou trois & juſqu'à cinq. On n'en connoit guere la forme, qui ſera venue

---

lius obſerventur. In altero volumina videmus ordinata intuſque poſita ; clavi obſerabantur ; ſeraque hic quinquies conſpicitur : non aliam hactenus ſeram vidi, quæ quidem antiquitatis non dubiæ eſſet, præter has in ſcriniis poſitas.

Duo Senatores ſequentes [1] in ſella ſedent ſuppoſito pulvinari, ſinguli volumen [2] tenent. Schema ſequens philoſophum quemdam exhibere videtur, qui ſedens [3] meditatur, intentoque animo eſſe videtur. Veſtis brevior eſt, quam ut toga eſſe dicatur, pallium eſt *nudo corpori adhærens*.

In nummo ſequenti qui tabulæ [1] ſupremam partem occupat, imperator togatus conſpicitur, qui globum dextera tenet. In nummis adeo breve ſpatium eſt, & tam exiguæ imagines, ut ſæpe de rerum forma vel minimum quidpiam diſcere non facile ſit. Non ſimiliter loquendum de [2] imagine ſequenti Caii Ceſtii, qui in epitaphio æternum vale dicit Erotio filiæ ſuæ. Novum ut puto ex toga ejus argumentum eruitur, quo probetur togas omnes apertas fuiſſe. Tunica vulgaribus longior ad terram uſque defluit : manicæ ſi reductæ non eſſent, totum ferè brachium operirent. Erotion quæ patri manum porrigit, tunicam ad terram item defluentem geſtat, cujus manicæ ad manum uſque pertingunt. Ad ornatum capitis ejus ſolum capillitium adhibetur, cui capillitio annexa eſt palla maxima totum fere corpus ambiens.

Senator ſequens qui manum uxori dat artificii elegantia ſpectabilis eſt : calceamentum ejus clauſum, uxoris apertum eſt, ita ut digiti pedum conſpiciantur.

II. Quæ apud Juvenalem *ſcutulata veſtis* dicitur, poſteriorum temporum criticis magnam diſceptandi anſam præbuit : ſtatim de vocis etymologia inquiritur. Turnebus eam a voce *ſcutum* educit : Salmaſius Turnebum confutat, eo nixus argumento, quod in voce ſcutum prima ſyllaba producatur ; cum contra in voce ſcutulata, prima ſit brevis, quare mavult illam ex voce σκυτάλη, virga, educere : exiſtimatque illarum veſtium texturam virgas expreſſiſſe. Cum hanc veſtem veteres rariſſime uſurpaverint, non poteſt ex eorum narratione ejus forma accurate cognoſci.

Paragauda veſtis erat, quam Aurelianus militibus dedit, ut videas in Vopiſco cap. 47. *& quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & uſque ad pentelores, quales hodie lineæ ſunt*, id eſt in aliis uno loro ſtringebantur, in aliis duobus vel tribus, vel quinque : earum vix forma cognoſcitur, quæ ut &

HABITS DES ROMAINS

VIII. *Pl. a la 30. pag. T.* III

1

Raccolta Maffei

2

Perier

3

Raccolta Maffei

HABITS DES ROMAINS

1

2

HAVE HAVE
HEROTION
ET VALE
AETERNOM
C CESTIVS FILIAE
P C

Boissard

UN ROMAIN AVEC SA FEMME

X. Pl. a la 30. pag. T. III

Gallerie Justinienne

HABITS DES ROMAINS

1

Arc de Constantin

2

Arc de Constantin

3

Arc de Constantin

HABITS DES ROMAINS

XII Pl. a la 32. page T. III

Arc de Constantin

HABIT ROMAIN DU TEMS
DES HOMMES, DES FEM



Bar

DE CONSTANTIN LE GRAND
MES, ET DES ENFANS



apparemment auſſi-bien que le nom de quelque payis étranger.

Le ſaie ou le *ſagum* étoit une eſpece d'habit militaire, dont la forme auſſi-bien que le nom étoient venus des Gaules avant qu'elles fuſſent ſubjuguées. Il paroit que c'étoit une eſpece de ſurtout, qui n'avoit point de manches à Rome, mais qui en avoit dans les Gaules, comme nous verrons dans les habits Gaulois. Comme le *ſagum* étoit l'habit militaire, nous le verrons dans les habits militaires Romains que nous donnerons en grand nombre au tome ſuivant. Pluſieurs croient que c'étoit la même choſe que le *paludamentum* & la chlamyde ; je penche fort à le croire auſſi.

Il y avoit une autre ſorte d'habit militaire qui s'appelloit *ſubarmalis veſtis* : les Commentateurs qui tâchent de trouver l'explication de ce mot dans l'étymologie, diſent les uns que cet habit vient d'*armus*, épaule, parceque cet habit couvroit le deſſous des épaules ; les autres croient que c'étoit un habit qu'on portoit ſous les armes ou ſous le *ſagum* ; ce qui paroit plus vraiſemblable : ce ſont des matieres où l'on ne parle qu'en devinant. PL. XI.

III. Dans la planche ſuivante nous voions [1] l'Empereur Trajan dans ſon habit d'hiver, tel qu'il le portoit quand il faiſoit la guerre aux Daces. Il porte une tunique courte & large relevée par une ceinture, & une chlamyde attachée à l'épaule droite avec une boucle. Il eſt à remarquer que dans les trois images la chlamyde ou le *paludamentum* laiſſe le bras & le côté droit tout découvert, afin que le mouvement du bras ſoit plus libre. Dans la [2] ſeconde image la chlamyde eſt frangée, peutêtre étoit-elle auſſi fourrée de quelque peau ; ces habits fourrez s'appelloient *gauſapes*. Dans la troiſiéme image [3] Trajan eſt en la compagnie de deux autres hommes, dont l'un eſt revêtu d'une toge, qui à la bien conſiderer, doit être neceſſairement ouverte comme un manteau. 1 2 3

IV. La planche qui ſuit eſt un beau bas relief Romain, où l'Empereur Trajan ſe voit ſur un maſſif élevé qu'on appelloit *ſuggeſtus*, aſſis ſur un pliant ou ſur un ſiege Curule. Il porte la toge, qui paroit comme ci-devant ouverte. Derriere Trajan paroit une architecture de colonnes d'ordre Corinthien. Sur ce maſſif ſont quelques officiers de l'Empereur, & en bas pluſieurs perſonnes d'entre le peuple ; de ſorte qu'on voit ici des habits d'hommes, de femmes & d'enfans de differente condition. PL. XII.

V. Dans les ſiecles poſterieurs il s'introduiſit de nouvelles modes, plus dans PL. XIII.

---

nomen ipſum ex peregrina aliqua regione venerit.

Sagum veſtis militaris erat, cujus nomen & forma ex Galliis, antequam eæ libertatem amiſiſſent, acceſſerant, ut putant nonnulli ; videtur fuiſſe veſtis exterior manicis carens apud Romanos ; ſed apud Gallos manuleata, ut videbitur ubi de veſtibus Gallorum. Quia ſagum veſtis erat militaris, ipſum inter veſtes Romanas militares videbitur, quas magno numero tomo ſequenti dabimus. Multi credunt ſagum Romanum idipſum fuiſſe quod paludamentum aut chlamydem, cum quibus ego facile calculum feram.

Alia militaris veſtis *ſubarmalis* nominabatur. Scriptores critici qui vocis ſignificatum in etymologia quærunt, dicunt alii eductum nomen ex voce *armus*, id eſt humerus, quod hæc veſtis ea quæ ſub humero ſunt contegeret ; alii putant veſtitum fuiſſe ſub armis vel ſub ſago poſitum, indeque nomen mutuatum : quod quidem veriſimilius videtur, licet hic ſemper quaſi hariolando loquendum ſit.

III. In tabula ſequenti [1] Imperatorem Trajanum videmus hiemali tectum veſte, qualem geſtabat in bello Dacico. Tunicam ille habet brevem latamque cingulo conſtrictam ; itemque chlamydem humero dextro annexam fibulâ. Hic animadvertendum eſt in tribus quas repræſentamus imaginibus chlamydem ſeu paludamentum, non brachium, non latus dexterum contegere, ut libero Imperator brachii dexteri motu gaudeat. In imagine [2] ſecunda fimbriata chlamys eſt, forteque pellibus aſſutis duplicata erat, quod genus veſtium Gauſapæ vocabantur. In tertia [3] imagine Trajanus duos alios habet comites, quorum alter toga amicitur, quæ toga ſi diligenter conſideretur, quaſi pallium aperta deprehendetur.

IV. Tabula ſequens elegans refert Anaglyphum Romanum, ubi Imperator Trajanus in ſuggeſtu poſitus in ſella curuli ſedet. Togam ille geſtat quæ perinde atque in præmiſſis imaginibus aperta eſſe videtur. Pone Trajanum ædificium eſt columnis ordinis corinthii ornatum. In ſuggeſtu illo quidam Imperatoris miniſtri eſſe videntur, & infra ſuggeſtum ex plebe multi : hic itaque veſtes comparent virorum diverſæ conditionis, mulierum atque puerorum.

V. Poſterioribus ſæculis novæ inductæ ſunt veſtium formæ, in urbano potius, quam in militari habitu.

les habits ordinaires que dans les militaires. Cela paroit dans la planche ſuivante tirée de l'arc de Conſtantin, où ſe voit deux fois ce même Empereur. Dans l'une des images où il harangue une groſſe compagnie, il porte la tunique & la chlamyde ou le *paludamentum* : dans l'autre où il fait une liberalité, il eſt aſſis & porte une robe qui touche à terre, & dont les manches vont juſqu'au poignet ; il porte en écharpe une large bande, ornement que portent auſſi pluſieurs de ſa compagnie : cette écharpe s'appelloit ſelon quelques-uns *orarium*, & fut fort en uſage dans les tems poſterieurs ; on croit que la robe ſur laquelle on portoit ces bandes en écharpe s'appelloit *trabea*, & qu'elle avoit
Pl. pris ſon nom de là. Dans la grande troupe on remarque des hommes & des
XIV. petits garçons avec un habit fort different de ceux des ſiecles précedens.

1 VI. Le premier habit qui paroit [1] ſur la planche ſuivante, a l'air d'une lacer-
2 ne ou d'une chlamyde, auſſi-bien que [2] celui des deux licteurs qui portent les
3 faiſceaux, qui l'ont frangée par le bas. Un autre licteur [3] avec des haches n'a rien qui ſe puiſſe bien diſtinguer. La troupe qui occupe le bas de la planche
4 eſt priſe de la colonne Theodoſienne [4] que fit faire Theodoſe le jeune. On y voit des habits fort differens des précedens, des bonnets extraordinaires, une tunique à collet, & pluſieurs autres particularitez qu'on laiſſe à remarquer au lecteur.

Id in tabula ſequenti obſervatur, quæ ex arcu Conſtantini educta fuit, ubi Imperator ipſe bis comparet : in altera ex imaginibus magnum ille cœtum alloquitur tunica indutus, cui ſuperponitur chlamys aut paludamentum ; in altera, ubi liberalitas exprimitur, ſedet ille veſtemque talarem geſtat, cujus manicæ ad manum uſque protenduntur : tranſverſum ille pannum geſtat, qui pannus in multis aliis hujus tabellæ figuris obſervatur : & ut quidam exiſtimant, idipſum eſt, quod olim orarium vocabatur, & ævo poſteriori in uſu frequenti erat. Veſtis in qua hujuſmodi tranſverſus pannus geſtabatur, *trabea* nomen habebat, atque ex eodem tranſverſo panno trabea, ut putant, nuncupabatur. In magno illo cœtu viri pueri-que obſervantur cum veſtibus, ab iis quæ priſcis temporibus in uſu erant, admodum diverſis.

VI. Prima veſtis [1] in tabula ſequenti, lacerna aut chlamys videtur eſſe, perinde ac veſtis illa duorum [2] lictorum faſces geſtantium, quæ in ima ora fimbriis ornatur. Alius lictor [3] cum ſecuribus nihil præfert, quod poſſit clare aperteque diſtingui. Promiſcua turba ima in tabula poſita, ex columna [4] Theodoſii per Theodoſium juniorem conſtructa prodit. Hic conſpiciuntur veſtes a præcedentibus omnibus longe diſcrepantes, petaſi ſingulares, tunica cum collari, & alia multa obſervatu digna, quæ lectori conſideranda mittuntur.

CHAP.

HABITS DES ROMAINS

1

Spon

2

Beger

3

M. COELIO
DIONYSIO LICTORI
PATRI OPTIMO
C. COELIVS
SECVNDVS

Diarium Italic

4

Colonne de Theodose

BONNETS, PETASES, CHAPEAUX

1



2

3

Fabretti

4

Gallerie Justinienne

Dessiné sur les lieux

5

Fabretti

6

7

8

Fabretti



Gallerie Justinienne

CHAPITRE X.

I. Comment les Grecs ſe couvroient la tête. II. La forme du ſciadion *des Grecs. Les Romains ſe couvroient la tête de la toge. IV. Le* cucullus. *V. Le* pileus, *& autres bonnets. VI. Le petaſe & autres figures qui approchoient du chapeau.*

I. LEs Grecs & les Romains alloient aſſez ordinairement la tête nue. Les anciens Atheniens, dit Elien, ſe boucloient & ſe lioient les cheveux, & entremêloient dans leur chevelure des cigales d'or. Il paroit pourtant que les Grecs avoient des eſpeces de bonnets qu'ils appelloient *pilion* ou *ſciadion* ou *cynée*, qu'ils portoient quelquefois pour ſe défendre de l'injure des tems.

II. Je crois que le chapeau aſſez ſemblable à ceux d'aujourd'hui, que porte un [1] cavalier tiré des bas reliefs du temple de Minerve d'Athenes, eſt ce qu'ils appelloient le *ſciadion*, mot qui ſignifie un paraſol. Il y en a pluſieurs autres de même dans ces ſculptures. PL. XV. 1

III. Nous avons déja dit que les Romains lorſqu'il faiſoit trop froid ou trop chaud, ſe couvroient quelquefois la tête de la toge qu'ils relevoient par derriere. Cela n'empêchoit pas qu'ils n'euſſent d'autres bonnets ou capuchons pour marcher la nuit & pour la campagne. Les ſtatues & les marbres nous les repréſentent ordinairement la tête nue, excepté lorſqu'ils offrent des ſacrifices : alors on les voit ſouvent la tête voilée de leur robe même ; je dis ſouvent, car ils ſacrifioient auſſi la tête nue, comme nous avons vu au chapitre des ſacrifices.

IV. Ils ſe ſervoient pour ſe garantir des injures des ſaiſons du *cucullus*, eſpece de capuchon ſemblable au capuchon des moines. Il étoit ordinairement attaché à la lacerne ou au birrhus, habits de campagne. Le nom auſſi-bien que l'uſage du *cucullus* venoit des Gaules ; on s'en ſervoit plus ordinairement dans la Saintonge, comme le marquent les vers de Juvenal, qui parle de ceux qui vont la nuit ſous ce capuchon de Saintonge chercher des avantures ; & un autre de Martial, où il fait mention du *bardocucullus*. La *cuculle* étoit encore en uſage chez les villageois & à la campagne. Spon nous a donné [2] un bas relief, où nous voions des payiſans cueillir des olives avec 2

CAPUT X.

I. De capitis tegminibus Græcorum. II. Forma τὸ σκιάδιον. III. Romani ipſa toga caput operiebant. IV. Cucullus. V. Pileus aliaque tegmina. VI. Petaſus & aliæ figuræ ad hodiernos petaſos accedentes.

I. GRÆCI atque Romani, capite ut plurimum nudo prodibant : Athenienſes, inquit Ælianus var. hiſt. 4. 22. cincinnis capillitium ornabant, atque ligabant, cicadaſque aureas cincinnis admiſcebant. Videntur tamen Græci pileos, petaſoſque habuiſſe quos vocabant πίλιον, aut σκιάδιον, aut κυνέην, quoſque nonnunquam æſtus vel frigoris propulſandi cauſa uſurpabant.

II. Ego σκιάδιον eſſe putem galerum illum quem geſtat [1] eques ex anaglyphis templi Minervæ Athenienſis eductus : in quibus anaglyphis multi ſunt idem tegmen geſtantes, quod hodiernis petaſis noſtris omnino ſimile eſt.

III. Jam diximus Romanos ingruente vel frigore vel æſtu ſublatam a tergo togam capiti impoſuiſſe. Attamen illi pileos, petaſos, cucullоſque habebant, quibuſcum tecto capite noctu incederent, atque ſic ruſticarentur. Statuæ marmoraque illos nudo ut plurimum capite exprimunt, niſi cum ſacrificia offerunt ; tunc enim ſæpe veſte ſua capita contegunt ; ſæpe dixi : nam nudo etiam capite ſacrificabant ; ut in ſacrificiis diximus.

IV. Ut caput ab injuriis aëris tempeſtatumque tutum redderent, cucullum geſtabant, Monachorum *Caputiis*, ut vocant, ſimilem. Hærebatque cucullus lacernæ aut birrho, quæ veſtes ruſticantibus propriæ. Et nomen & uſus cuculli ex Galliis venerat, & apud Santonas maxime in uſu erat, ut his Juvenalis verſibus ſignificatur Satyra 8.

ſi nocturnus adulter
Tempora Santonico velas adoperta cucullo.

& alio ſimiliter Martialis verſu, lib. 14. ep. 128. ubi Bardocucullum ille commemorat ;

Gallia Santonico vertit te Bardocucullo.

Cucullus etiam in uſu erat apud ruſticos. Anaglyphum publicavit [2] Sponius, ubi ruſtici cucullis ſi-

des *cuculles* ou des capuchons qui leur couvrent la tête & les épaules.

V. Il y avoit d'autres ſortes de bonnets qui ne ſervoient pas ordinairement ; tel étoit le *pileus*, dont la forme que nous voions ſur les medailles telle que
3 nous[3] la repréſentons ici, approchoit aſſez de nos bonnets de nuit : on le donnoit aux eſclaves lorſqu'on les affranchiſſoit, & qu'on les mettoit en liberté ; c'eſt par là que le *pileus* devint le ſymbole de la liberté. On le voit ſouvent aux revers des medailles Romaines avec l'inſcription *Libertas*. Suetone dit qu'à la mort de Neron le peuple plein de joie ſortit aiant le bonnet ou le *pileus* en tête. Selon Servius ce mot *pileus* étoit un nom generique qui marquoit pluſieurs ſortes de bonnets. Sytonius, dit-il, en met trois differens dont les prêtres ſe ſervoient ; le premier étoit l'*apex*, le ſecond *tutulus*, le troiſiéme le *galerus* : l'*apex* étoit fort leger, & avoit une verge au milieu ; le *tutulus* fourré de laine s'élevoit en pointe ; le *galerus* étoit fait de peaux de victimes. Nous avons donné la forme de l'*apex*, du *galerus*, & de l'*albogalerus* dans le tome précedent.

VI. Le petaſe étoit une autre ſorte de bonnet dont ſe ſervoient les voiageurs ; il étoit auſſi en uſage chez les Grecs. Alexandre le Grand, dit Athenée, portoit aux feſtins le petaſe & les eſcarpins. Le Petaſe avoit ordinairement des bords, mais plus petits que ceux de nos chapeaux, & tels que nous les voions aux petaſes de Mercure. Mercure le portoit en qualité de grand voiageur, & de négotiateur du ciel, de la terre & de l'enfer. Son petaſe avoit des ailes, il en portoit encore aux talons & à ſon caducée : ce grand nombre d'ailes étoit ſans doute pour marquer la legereté de ſa courſe. Il ſe trouve de ces petaſes qui ont les bords fort approchans de ceux de nos chapeaux : nous en donnons ici quelques-uns. Le premier[4] ſe voit ſur un buſte de la galerie Ju-
4 ſtinienne. Le[5] ſecond a été donné par M. Fabreti qui l'a tiré d'une pierre gravée
5 de ſon cabinet. Le troiſiéme[6] & le quatriéme ont été tirez par le même, l'un
6 d'une medaille du Strada, l'autre[7] d'un medaillon du Cardinal Carpegna : ce
7 ſont deux medaillons de Pergame ; l'homme qui tient un bâton & qui porte Eſculape ſur la main, eſt à ce que croit M. Fabreti Galien qui étoit Pergamenien, & que ceux de Pergame ſe ſeront fait un honneur de mettre ſur leurs medailles. Il porte un petaſe qui revient aſſez à la forme de nos chapeaux. La
8 derniere[8] figure eſt d'un homme qui porte ſur la tête une eſpece de turban. On voit par là combien les marbres nous apprennent de choſes touchant les

---

ve caputiis tecti olivas colligunt, qui cuculli & caput & humeros contegunt.

V. Alia erant capitis tegmina non tam vulgaris uſus. Talis erat pileus, cujus forma in nummis, qualis hic, repræſentata [3] conſpicitur ; nocturnis hodiernis capitis tegminibus non abſimilis. Hic ſervis dabatur, quando libertatem obtinebant & liberti poſtea vocabantur ; hinc vero factum ut pileus libertatis ſymbolum fuerit. Sæpe in Romanis nummis pileus cernitur cum inſcriptione *libertas*. *Mors Neronis*, inquit Suetonius cap. 57. *tantum gaudium publice præbuit, ut plebs pileata tota urbe diſcurreret*. Servius Virgilii interpres Æneid. lib. 2. pileum quaſi genericum nomen effert, quo plura capitis tegmina ſignificentur : *Sytonius*, (ſic) inquit, *tria genera pileorum dixit, quibus Sacerdotes utuntur, apicem ; tutulum, galerum ; ſed apicem pileum ſubtile circa medium virga eminente ; tutulum pileum lanatum metæ figura : galerum pileum ex pelle hoſtiæ cæſæ*. Apicis, galeri, albogalerique formam dedimus tomo præcedenti.

VI. Petaſus genus tegminis erat quo in itineribus utebantur : perinde Græcis in uſu atque Romanis. Alexander magnus, inquit Athenæus, in conviviis petaſum & πέτασα geſtabat : quodam petaſus ceu margines habebat, ſed ut plurimum breviores hodiernis petaſis, & quales nonnunquam conſpicimus in petaſis Mercurii. Mercurius petaſum geſtabat ut viator & ut negotiator cæli, terræ, inferorumque. Ejus petaſus alis erat inſtructus, ut etiam tali ejus, atque caduceus : quo tanto alarum numero curſus illius velocitas ſignificabatur. Petaſi nonnumquam occurrunt cum oris hodiernorum petaſorum formam pene referentibus. Hic plures hujuſmodi proferuntur : prior [4] in protome Muſei Juſtinianæi : ſecundus a Raphaele [5] Fabreto in columna Trajana profertur p. 211. ex gemma Muſei ipſius eductus eſt : [6] tertius ab eodem Fabreto ex nummo Stradæ erutus fuit, quartus ex nummo Cardinalis [7] Carpegnæ : hi duo nummi Pergameni ſunt : vir qui ſcipionem habet & Æſculapium manu geſtat, eſt, ut putat Fabretus, Galenus medicus, qui Pergamenus erat, quemque pergameni honoris cauſa in nummis exprimebant : petaſum ille geſtat hodiernis ſimilem. Ultimum ſchema [8] viri eſt tegmen capitis *turbano* ſimile geſtantis : hinc videas quanta ex marmoribus & ex monumentis hauria-

anciens uſages, dont les auteurs n'ont pas fait mention.

Ce qu'on appelloit *infula* étoit une bande tiſſue de laine de couleur blanche, ſelon Iſidore, ou mêlée de blanc & de couleur de ſafran, dit Servius; on en lioit les cheveux d'une temple à l'autre, & on la nouoit par derriere, laiſſant tomber l'extrémité des bandes de côté & d'autre. Les ſacrificateurs ſeuls, dit-on, la portoient: cependant parmi le grand nombre de ſacrificateurs que nous avons vus au livre ſecond, je ne ſai ſi l'on en remarque quelqu'un qui ait cet ornement de tête.

Cauſia ſelon Pollux étoit le bonnet des Macedoniens, dont on ne connoit pas la forme, non plus que celle du *crobylum*, dont ſe ſervoient les Atheniens. Voila à peu près tout ce que nous connoiſſons touchant les bonnets & les ornemens de tête dont ſe ſervoient les Grecs & les Romains.

---

mus documenta, quæ in ſcriptoribus fruſtra quæras.

Quæ infula vocabatur, erat faſcia lanea candidaque ſecundum Iſidorum, aut albo & croceo colore mixta, inquit Servius: ea capilli alligabantur ſecundum tempora, & ad occiput conſtringebatur nodo, pendentibus hinc & inde faſciæ oris. Eam dicuntur ii ſoli geſtaſſe, qui ſacrificarent: attamen inter Sacerdotes ſacrificantes quos magno numero protulimus tomo ſecundo, neſcio an vel unus obſervetur, qui hoc capitis ornatu gaudeat.

Cauſia, ait Pollux, pileus Macedonum erat, ut *Crobylum* Athenienſium, quorum capitis tegminum formam ignoramus. Hæc fere omnia Græcorum Romanorumque tegmina ſunt, quæ ad notitiam devenere noſtram.

CHAPITRE XI.

I. *Les habits des femmes tant Greques que Romaines. II. Paſſage d'Elien où ſont rapportez les noms des habits des femmes Greques. III. La robe Tarentine; hiſtoire rapportée par Lucien à ce ſujet. IV. Noms des habits des femmes Romaines; ce que c'étoit que* palla, crocota, mavors, penula.

I. LEs femmes tant chez les Grecs que chez les Romains portoient des tuniques comme les hommes, mais plus longues, & qui leur deſcendoient juſqu'aux talons. Les femmes Romaines avoient autrefois porté la toge; mais dans la ſuite des tems la toge ne fut en uſage que pour les hommes, & la tunique fut commune à l'un & à l'autre ſexe: celle des femmes differoit de la virile non ſeulement en ce qu'elle étoit plus longue, mais encore en ce qu'elle avoit des manches qui n'alloient que juſqu'au coude, comme on peut voir ci-après ſur les figures. Il ſe trouve auſſi des ſtatues de femmes où le bras paroit nu ou découvert juſques bien audeſſus du coude. Les tuniques des hommes n'avoient preſque point de manches. Sur la tunique les femmes portoient une eſpece de manteau leger que les Grecs appelloient *ampechoné*: c'eſt peutêtre ce que nous voions qu'Heſione porte audeſſus de ſa tunique dans ſon image que nous avons donnée ci-devant. Ce manteau eſt frangé par le bas. Ce qu'on nommoit *anabolé* étoit encore une eſpece de

---

CAPUT XI.

I. Veſtes mulierum Græcarum Romanarumque. II. Æliani locus in quo enumerantur veſtes mulierum Græcarum. III. Veſtis Tarentina: hiſtoria a Luciano allata hujus veſtis occaſione. IV. Nomina veſtium mulierum Romanarum: quid eſſent palla, crocota, mavors & penula.

I. MULIERES tum Græcæ tum Romanæ tunicas perinde atque viri geſtabant; ſed longiores atque talares. Romanæ mulieres olim togam geſtaverant, ſed inſequenti tempore togæ ſolis viris in uſu fuere: tunica vero utrique ſexui communis; muliebris a virili non longitudine modo differebat; ſed quod manicas ut plurimum haberet ad uſque cubitum protenſas, ut in ſchematibus infra videbitur. Neque deſunt etiam mulierum ſtatuæ, in queis brachium aut prorſus nudum, aut ferè nudum comparet. In tunicis virorum manicæ breviſſimæ; ſupra tunicam mulieres pallium ſive pallam geſtabant levem, quam Græci ἀμπεχόνην vocabant. Ampechone fortaſſe fuerit pallium illud, quod Heſione ſupra tunicam geſtat in imagine ſuperius oblata, quod pallium in ima ora fimbriatum eſt. Id etiam quod ἀναβολὴν Græci vocabant, genus erat pallii; in quo au-

manteau : il ſeroit difficile de dire en quoi il differoit de l'*ampechoné*, ni en quoi celui-ci differoit d'une autre ſorte d'habit exterieur qu'on appelloit en grec *xyſtis*.

II. Elien fait en ces termes l'énumeration de l'habit des anciennes Grecques : » La femme de Phocion portoit le manteau de ſon mari, & n'avoit be-» ſoin ni de crocote, ni de robe Tarentine, ni d'anabolé, ni d'encyclion, ni » de cecryphale, ni de calyptre, ni de tuniques teintes en couleur : ſon vête-» ment étoit premierement la modeſtie, & enſuite tout ce qu'elle pouvoit » trouver pour ſe couvrir. Nous avons été obligez de franciſer la plûpart de ces mots grecs, parcequ'on ne connoit que par conjecture la forme de ces habits, & qu'on n'a point de termes pour les exprimer. La *crocote* prenoit ce nom ou de *crocos*, qui veut dire ſafran, parcequ'elle étoit de la couleur du ſafran, ou de *croké*, qui veut dire la trame.

III. La robe Tarentine eſt ainſi expliquée par Lucien : *Que la robe ſoit belle, blanche, de manufacture Tarentine, en ſorte que le corps paroiſſe au travers*, tant elle étoit tranſparente. Le même dit dans un autre endroit qu'un nommé Demetrius Platonicien, fut accuſé auprès de Ptolemée roi d'Egypte ſurnommé *Dionyſus*, qui veut dire *Bacchus*, qu'il buvoit de l'eau aux fêtes des Baccanales, & qu'il étoit le ſeul qui ne prenoit pas un habit de femme. Cela paſſoit pour un ſi grand crime auprès de ce Prince, que ſi le lendemain il n'eût pas bu du vin en préſence de tout le monde, & s'il n'eût pas mis la robe Tarentine pour danſer en jouant des cymbales, il lui en auroit coûté la vie. L'*anabolé*, comme nous venons de dire, étoit une eſpece de manteau. L'*encyclion* ne ſe peut connoitre que par l'étymologie, qui marque un habit qui environne de tous côtez. On croit que le *cecryphale* étoit une bande ou un ruban à lier les cheveux ou à bander la tête.

IV. L'habit exterieur dont les femmes ſe couvroient, s'appelloit chez les Romains *palla* ou *amiculum*. Il paroit dans les figures que nous allons donner, qu'elles le faiſoient quelquefois monter comme un voile juſques pardeſſus la tête ; & que les plus modeſtes s'en couvroient tous les bras juſqu'aux poignets. Un de ces habits exterieurs des femmes étoit ce qu'on appelloit *peplum* du mot grec πέπλος. L'uſage en devint auſſi commun chez les Romains que chez les Grecs. Il ſeroit tres-difficile de diſtinguer ces habits exterieurs les uns des autres ; les marbres n'aident point à faire ces diſtinctions ; & les auteurs qui font mention de ces habits n'ont pas eu aſſez de ſoin d'en marquer la difference ;

---

tem ab ampechone differret non ita facile dictu eſt, neque ſcimus etiam in quo anabole ab alia exteriori veſte diſcreparet, cui nomen apud Græcos ξυσὶς.

II. Ælianus var. hiſt. 7. 9. Græcarum veterum mulierum veſtimenta ſic enumerat : *Phocionis uxor Phocionis pallium geſtabat, neque opus habebat vel crocota, vel Tarentina veſte, vel anabole, vel encyclio, vel cecryphalo, vel calyptra, non tinctis vel coloratis tunicis ; ſed primum temperantia induebatur, deinde iis quæ ſuppeterent.* Crocota nomen mutuabatur vel a κρόκος crocus, quia colore erat croceo, vel a κρόκη ſubtegmen.

III. Tarentina veſtis ſic explicatur a Luciano de Rhetorum præc. *Veſtis autem*, inquit, *ſit venuſta & candida, Tarentini artificii opus, ut corpus tranſluceat.* Alio autem loco in libro, *quod non temere credendum calumniæ*, narrat quempiam apud Ptolemæum cognomento Dionyſum accuſaviſſe Demetrium Platonicum, quod in bacchanalibus aquam biberet, ſoluſque omnium muliebribus non indutus eſſet veſtibus. Ac niſi mane vocatus vinum bibiſſet in omnium conſpectu, & ſumta veſte Tarentina cymbala pulſaſſet & ſaltaſſet, plane periiſſet, quod regis moribus non delectaretur. Anabole, ut modo dicebamus, genus pallii erat. Encyclion ex ſola nominis etymologia cognoſcitur, ſignificatque amiculum undique tegens. Putatur cecryphalum fuiſſe vittam aut faſciam qua crines alligarentur, aut caput conſtringeretur.

IV. Veſtis exterior mulierum apud Romanos palla aut amiculum vocabatur. In ſchematibus mox proferendis obſervatur, hoc amiculum aliquando capiti imponi tamquam velum, ut hinc poſtea totum corpus ambiat ; quæ modeſtiores erant mulieres, illo brachia etiam ad pugnum uſque contegebant. Alia veſtis exterior muliebris, erat peplum græce Πέπλος, quod perinde Romanis in uſu fuit atque Græcis. Haſce veſtes aliam ab alia diſtinguere difficile eſſet. Ad hujuſmodi diſtinctiones non juvant marmora ; ſcriptores vero qui hæc veſtimenta commemorant, diſcrimen inter illud aliudque non notant : imo ut vere di-

ou pour mieux dire, ils ne penſoient le plus ſouvent à rien moins qu'à nous en inſtruire.

On eſt encore plus embarraſſé à connoitre la forme de l'habit des femmes nommé *crocota*, parcequ'il avoit la couleur du ſafran appellé *crocus*, ou parce que la trame appellée en grec *croke*, en étoit plus forte. Il étoit d'uſage non ſeulement pour les femmes, mais auſſi pour des hommes effeminez, pour des baccans & des bâteleurs. *Clodius eſt devenu populaire*, dit Ciceron, *par ſa crocote, par ſa ceinture, par ſes ſouliers de femme, & par ſes rubans de pourpre*. Il ſemble marquer par là que la *crocote* étoit un habit exterieur.

Ce qu'on appelloit *mavors*, *mafortium* & *maforte*, étoit d'un uſage plus recent que les autres habits dont nous venons de parler: on croit communement que c'eſt une corruption du mot grec *omophorion*, qui marque un voile qui couvroit les épaules. Le *mafortium* couvroit auſſi la tête & les épaules, & deſcendoit aſſez bas; on s'en ſervoit dans l'ancienne Egliſe pour voiler les vierges chrétiennes. Il en eſt ſouvent fait mention dans les anciens auteurs eccléſiaſtiques.

L'habit qu'on appelloit *penula* & en grec φενόλη ou φελόνη, étoit une eſpece de ſurtout qui ſervoit aux femmes auſſi-bien qu'aux hommes. L'Empereur Alexandre Severe défendit aux matrones de le porter à la ville, & le leur permit ſeulement à la campagne. On ne ſait pas bien la raiſon de cette défenſe: Lampridius & les autres hiſtoriens des Auguſtes racontent ſi ſuccinctement les faits, qu'ils paſſent legerement ſur une infinité de choſes, & donnent la torture aux Commentateurs.

---

catur, ne cogitabant quidem rem ignotam poſteris manſuram.

Major occurrit difficultas in explicanda veſte illa quam crocotam dicebant, de qua pauca modo diximus, eamque vel a croco cujus colorem ferebat, vel a κρόκη ſubtegmen quod in illa fortius erat, nominari perhibuimus. Ea non mulieribus ſolum in uſu erat, ſed etiam viris effeminatis, Bacchantibus & circulatoribus. *Clodius*, inquit Cicero de Haruſpicum reſponſis, *a crocota, a mitra, a muliebribus ſoleis purpureiſque faſciolis factus eſt repente popularis*; quibus ſignificare videtur crocotam fuiſſe veſtem exteriorem.

Id quod mavors & mafortium vocabatur, uſus fuiſſe recentioris videtur, quam cæteræ veſtes de quibus ſuperius actum eſt; vulgo creditur vocem eſſe corruptam ex voce græca ὠμοφόριον, quo velum humeros operiens ſignificatur. Mafortium quoque caput & humeros contegebat, & inferius defluebat. In veteri Eccleſia Mafortio utebantur ad velandas virgines chriſtianas: ejus mentio frequens occurrit in ſcriptoribus eccleſiaſticis.

Φενόλη aut φελόνη, latine penula, non viris modo, ſed etiam mulieribus communis erat veſtis. Alexander Severus Imperator vetuit ne matronæ illam in urbe geſtarent; ſed ruri tantum permiſit. Ignoratur autem quæ cauſa prohibendi fuerit: Lampridius quippe, aliique hiſtoriæ Auguſtorum ſcriptores, ita compendio ſtudent, ut multa carptim tranſeant, & interpretes admodum torqueant.

CHAPITRE XII.

I. Les habits des femmes que Plaute rapporte, expliquez par Nonius Marcellus. II. Habits de Julie femme de Tibere, d'Agrippine & de Plotine. III. De Sabine & de Fauſtine. IV. De Lucille, de Criſpine, de Mamée & de Salonine.

I. PLAUTE fait une aſſez longue énumeration de pluſieurs habits de femmes, que NoniusMarcellus a tâché d'expliquer, mais de telle maniere que nous ne ſommes guere plus ſavans après ſes explications. La premiere tunique dont Plaute fait mention, eſt la *regilla*, qu'il exprime par *regilla inducula*; c'étoit une eſpece de tunique blanche, qui ſervoit aux filles la veille de leurs nôces. L'autre nom qui ſuit dans Plaute, *mendicula*, ne s'entend pas non plus que le ſuivant *impluviata*; ces deux mots marquent des tuniques diſtinguées ou par la couleur, ou par la forme, ou par la tiſſure. Des autres tuniques, celles qu'il appelle *ralla* & *ſpiſſa*, paroiſſent plus aiſées à entendre que les autres; *ralla* qui eſt la même choſe, à ce que l'on croit, que *rara*, eſt celle dont la tiſſure eſt moins ſerrée; & *ſpiſſa*, l'épaiſſe, ou celle qui eſt plus ſerrée & plus forte que l'autre. Les eſpeces de robe ſuivantes, *linteolum cæſicium*, *induſiata*, *patagiata*, *caltula*, ſont inintelligibles. Les anciens Grammairiens ne s'accordent pas entre eux: ſouvent le même rapporte pluſieurs ſentimens ſans en adopter aucun, & fait voir qu'il n'explique qu'en devinant. La tunique nommée *crocotula*, qui n'eſt qu'un diminutif de *crocota*, ſe peut expliquer par ce que nous avons dit ci-devant de la *crocote*. Tous les mots ſuivans qui ſignifient autant de ſortes d'habits, *ſupparum*, *ſubminium*, *rica*, *baſilicum*, *exoticum*, *cumatile*, *plumatile*, *cerinum*, *melinum*; tous ces mots, dis je, ſont autant d'énigmes, hors peutêtre ce qu'on appelloit *rica*, qui étoit une eſpece de couvre-chef.

II. On voit dans les figures desDames Romaines que nous donnons ici,

---

CAPUT XII.

I. Muliebrium veſtium a Plauto memoratarum, explicatio a Nonio Marcello data. II. Veſtis Juliæ uxoris Tiberii, itemque Agrippinæ & Plotinæ. III. Sabinæ quoque & Fauſtinæ. IV. Lucillæ, Criſpinæ, Mamææ & Saloninæ.

I. PLAUTUS in Epidico Act. 2. longam muliebrium veſtium enumerationem texit, quam hic adferimus.

Ep. *Sed veſtita, aurata, ornata ut lepide! ut concinne! ut nove.*
Pe. *Quid erat induta? an regillam induculam? an mendiculam?*
An impluviatam? ut iſtæ faciunt veſtimenti nomina.
Ep. *Utin' impluvium induta erat.* Pe. *Quid autem iſtuc mirabile eſt?*
Quaſi non fundis exornatæ multæ incedant per vias.
At tributus cum imperatus eſt poteſſe pendi negant:
Illis quibus tributus major penditur, pendi poteſt.
Quid iſtæ, quæ veſti quotannis nomina inveniunt nova?
Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, linteolum cæſicium:
Induſiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam,
Supparum, aut ſubminium, ricam, baſilicum, aut exoticum,
Cumatile, aut plumatile, cerinum, aut melinum,
gerræ maximæ.

Has veſtes NoniusMarcellus explicare tentavit; ſed ita ut lectis ejus explicationibus haud doctiores abeamus. Prima quam commemorat Plautus tunica, eſt regilla, quam ille ſic exprimit, regilla inducula; quæ tunicæ ſpecies erat a virginibus die nuptias ſuas antecedente uſurpata: quod ſequitur in Plauto nomen aliud *mendicula* hariolis mittendum perinde atque aliud adjunctum *impluviata*: ambæ voces videntur tunicas ſignificare, aut colore, aut forma, aut textura diſtinctas. Ex aliis tunicis eæ quæ ralla & ſpiſſa appellantur, reliquis cognitu faciliores eſſe videntur. Ralla quæ ut videtur idipſum eſt quod rara, ea eſt cujus textura laxior, ſpiſſa vero ea, cujus textura ſpiſſior denſiorque eſt: quæ ſequuntur, *linteolum cæſicium*, *induſiata*, *patagiata*, *caltula* intelligi nequeunt. Grammatici veteres in iis explicandis admodum inter ſe diſſentiunt: idem ipſe Grammaticus multas affert opiniones, quarum nullam adoptat, atque ſe ariolum agere commonſtrat. Crocotula tunica ex crocota ſuperius allata explicari poteſt. Voces omnes ſequentes totidem veſtibus ſignificandis allatæ, *ſupparum*, *ſubminium*, *rica*, *baſilicum*, *exoticum*, *cumatile*, *plumatile*, *cerinum*, *melinum*; hæc, inquam, omnia ſunt ænigmata, ſi forte ricam excipias, quæ tegmen capitis erat.

II. In matronarum Romanarum, quas hic proferimus, imaginibus magna veſtium diſcrimina depre-

HABITS DES FEMMES ROMAINES

1

PIETAS AVGVSTÆ

Boissard

2

Raccolt. Maffei

3

DIVA PLOTINA

Bouzard

HABITS DES FEMMES ROMAINES

1

Boissard

2

Raccolt. Maffei

3

Raccolt. Maffei

Habits des Femmes Romaines

1

Boissard

2

Maffei

3

Boissard

4

Raccolt. Maffei

une grande difference dans les habits, mais bien plus grande encore dans les coëffures. La premiere eſt Julie femme de [1] Tibere, comme ſemble le perſuader l'inſcription qui eſt au bas de la ſtatue, PIETAS AVGVSTAE, *la pieté de l Imperatrice*. On trouve quelquefois cette inſcription au bas des medailles de cette Julie. Auprès d'elle eſt un autel, ſur lequel eſt un grand vaſe, & un baſſin; l'autel exprime la pieté envers les dieux. La ſuivante eſt, dit M. le Cavalier Maffei, [2] Agrippine mere de Neron, qui porte les ſymboles d'Iſis & de Cerès: Iſis eſt marquée par la fleur du lotus, ou plutôt par celle de l'arbre nommé *Perſea*; & Cerès par les pavots & les épis qu'elle tient aux mains. Cette large bande qu'elle porte en écharpe, & l'autre qui pend ſur le devant, ſemblent convenir à des tems fort poſterieurs à Agrippine: on laiſſe la choſe indéciſe. La ſuivante [3] eſt Plotine femme de l'Empereur Trajan. Pl. XVI. 1 2 3

1 crime d'y entrer avec un habit de laine. Nous donnons ici [1] un homme & une femme au milieu d'un grand nombre de lettres hieroglyphiques : leurs habits & l'ornement de leurs têtes ſont ſi ſinguliers, qu'on ne peut bien les com-
2 prendre qu'en les voiant. Vis-à-vis [2] eſt une femme qui tend la main gauche,
3 & qu'on prend pour une Egyptienne. La tête [3] Egyptienne qui eſt audeſſous, eſt de pierre noire d'Egypte, qu'on appelle *baſalte;* elle eſt de bon goût, & la
4 diſpoſition de ſes cheveux eſt fort ſinguliere. Une autre femme [4] Egyptienne eſt revêtue, à ce qu'il paroit, d'une tunique de lin frangée par le bas; c'eſt apparemment cette tunique qu'Herodote appelle calaſiris. Ses cheveux & ſa coëffure ſont d'une maniere fort extraordinaire, auſſi-bien que la coëffure de
5 la ſuivante, [5] qui eſt de notre cabinet.

CAPUT XIII.

I. Veſtis veterum Ægyptiorum. II. Æthiopum. III. Veterum Perſarum veſtis. IV. Braccæ Abgari Edeſſeni.

I. Pauca ſuperſunt nobis circa Ægyptiacas veſtes : non Ægyptios hic voco Ptolemæos, qui ex Græcia in Ægyptum tranſlati græco more vivebant ac veſtiebantur : de Ægyptiis indigenis hic loquor. Hi, inquit Herodotus 2. 81. tunicas lineas fimbriatas geſtabant, quas vocabant Calaſiries, quibus alias ſuperponebant veſtes laneas, quas deponebant cum in templa ingrederentur; nefarium fuiſſet cum indumento laneo iſtuc ingredi. Virum mulieremque Ægyptios [1] inter hieroglypha videmus : quorum ornatus capitis atque veſtes ita ſingulares ſunt, ut ex conſpectu ſolo poſſint intelligi. E regione [2] alia mulier manum extendens, Ægyptia eſſe putatur. Ex Muſeo noſtro caput [3] Ægyptiacum muliebre proferimus ex lapide nigro Ægyptio, quem Baſalten vocant, elegantер concinnatum eſt & capillorum cultus eſt ſingularis. Alia mulier [4] Ægyptia linea, ut videtur, tunica induta eſt; quæ tunica inferne fimbriata, ut ſupra dicebat Herodotus, Calaſiris vocabatur : cultus capitis & capillitii ſingularis eſt, ut in ſequenti [5] etiam imagine.

1



Mr. Begon

3

N. Cabinet

4

Ch. Fonta

HABITS DES EGYPTIENS



2

l'A. Fauvel

5



N. Cabinet

II. Nous n'avons autre choſe de l'habit Ethiopien que ce que Coſmas l'Egyptien nous repréſente dans ſa topographie faite du tems de l'Empereur Juſtinien. Il y peint un Ethiopien qui va à Adule ville des Abyſſins. La peinture eſt tirée d'un manuſcrit du Vatican, qui a près de mille ans d'antiquité; & d'un autre un peu plus recent de la Bibliotheque du Grand Duc de Toſcane. Comme cet Ethiopien eſt armé, nous le repréſenterons au quatriéme tome, qui regarde la guerre. Le même Coſmas nous donne la figure de l'habit Indien, qui ne differoit guere en ces tems là de celui d'aujourd'hui.

III. Sur l'habit des anciens Perſes, les auteurs nous fourniſſent quelques noms; mais comme il ne nous reſte point de monumens ſurs des tems ſi anciens, ce n'eſt preſqu'en devinant que nous en parlons. Ils portoient des tuniques, & ils avoient d'autres vêtemens qu'ils appelloient *candys*, comme le témoignent Xenophon, Dion & Heſychius. Ces *candys* étoient l'habit exterieur, ſemblables aux manteaux ou aux chlamydes dont nous avons parlé ci-devant. Les ſoldats l'attachoient avec une boucle: leur candys ſelon Pollux étoit d'une pourpre particuliere, au lieu que celui des autres étoit de pourpre ordinaire.

Les Perſes, dit Strabon, avoient pris leur habit des Medes; la forme même en eſt une preuve; car la tiare, la cidaris, le *pileus*, les tuniques à manches, les anaxyrides, c'eſt-à-dire les braies, ſont des habits propres pour les payis froids & ſeptentrionaux, comme eſt la Medie. En un autre endroit il décrit l'habit des Perſes en cette maniere: Les vêtemens des chefs ſont des braies triples ou à deux doublures, une tunique à manches doublée, qui va juſqu'au genou; l'hypendyte eſpece de chemiſete, eſt blanche en dedans, & à fleurs en dehors. Leur manteau d'été eſt de pourpre ou violet; celui d'hiver eſt à fleurs; leurs tiares ſont ſemblables à celles des Mages: leur chauſſure eſt toute fermée & double. Voila l'habit des anciens Perſes ſelon Strabon. Lucien parle du candys de pourpre: il dit ailleurs que cet habit étoit à l'uſage des Aſſyriens. Xenophon dit plus d'une fois qu'il étoit à l'uſage des Perſes. Lucien en un autre endroit nous donne moien de connoître la forme du candys & de la tiare, lorſqu'il dit que le dieu Mithras porte le candys & la tiare. Nous avons vu au premier tome pluſieurs images de Mithras, où il porte un manteau court, qui eſt le candys, & la tiare, eſpece de bonnet dont la pointe recourbée revient ſur

---

II. Circa Æthiopum veſtimenta nihil aliud habemus, quam Æthiopem illum quem Coſmas Ægyptius depingit in Topographia Chriſtiana quam Juſtiniani Imperatoris tempore conſcripſit: Æthiops ille Adulin Abyſſiniæ urbem concedit. Pictura ex Vaticano codice mille circiter annorum educta eſt, necnon ex alio recentiori qui in Bibliotheca magni Heturiæ ducis aſſervatur. Cum autem Æthiops ille ſit armatus, in quarto tomo repræſentabitur ubi de armis & de bello. Idem Coſmas Indorum veſtem exhibet, quæ ab hodierna non multum differt.

III. De Perſarum veterum veſtibus pauca tenemus: quædam earum nomina ſcriptores commemorant; ſed quia tantæ antiquitatis monumenta non ſuppetunt, nonniſi hariolando de iis rebus loqui poſſumus. Tunicas illi geſtabant, aliaque veſtimenta, quibus nomen Candys, ut teſtificantur Xenophon, Dio, & Heſychius. Candys autem veſtis erat exterior, fereque ſimilis pallio aut chlamydi, de quibus veſtibus jam ſupra egimus. Milites candyn fibula annectebant, eorum candys ex Pollucе, ex purpuræ quadam ſpecie erat, quæ ἀλιπόρφυρος vocabatur, cum contra aliorum candys ex purpura vulgari eſſet.

Perſæ, inquit Strabo p. 362. veſtimentorum formam ex Medis mutuati erant: cujus rei argumentum, inquit, vel ipſa forma; nam tiara, cidaris, pileus, tunicæ manicatæ, anaxyrides, veſtes ſunt propriæ frigidis ſeptentrionalibuſque regionibus, qualis erat Media. Alio autem loco p. 505. Perſarum veſtitum hac ratione deſcribit: Ducum veſtimenta anaxyrides triplicatæ aut duplicatæ, tunica manicata duplicataque ad genua uſque deſluens, Hypendytes tunicæ interioris ſpecies, quæ interius alba, exteriuſque floribus diſtincta erat. Pallium æſtivum purpureum erat, aut violaceum; hibernum floribus diſtinctum: eorum tiaræ Magorum tiaris ſimiles: calceus undique clauſus & duplex. Hæc veterum Perſarum veſtis ſecundum Strabonem. Lucianus in libro cui titulus, *Quomodo hiſt. conſcribenda eſt*, Candyn purpureum commemorat: alibique dicit in libr. cui tit. *Lucianus bis accuſatus*, veſtimentum illud Aſſyriis in uſu fuiſſe. Xenophon p. 214. & alibi ait Perſis familiare fuiſſe. Lucianus vero alio in loco qua forma eſſent candys & tiara docet, cum de Mithra deo loquens ait ipſum candyn & tiaram geſtare. Mithræ imagines bene multas primo tomo vidimus, ubi ille pallium ſeu chlamydem brevem, quam eſſe Candyn putamus, geſtans repræſentatur, cum tiara quæ pilei genus eſt cujus acumen

devant; c'eſt ce qu'on appelle proprement le bonnet Phrygien, qui étoit à l'uſage de la plupart des nations orientales, quoiqu'avec quelque petite difference. Les anciens rois des Medes portoient des perruques ſelon Xenophon; c'eſt ainſi qu'il faut entendre le κόμαι πρόσθετοι, la chevelure ajoutée, dont il parle. Ils ſe peignoient auſſi les ſourcils. Il y a apparence que ces perruques n'étoient que des cheveux ajoutez aux cheveux naturels, de même que les perruques des Rois des Parthes, dont nous allons parler.

IV. Les Perſes portoient des anaxyrides, qui veulent dire des braies ſelon Strabon même, qui lorſqu'il parle des braies des Gaulois les appelle anaxyrides. On ne trouve point, que je ſache, d'anciens Perſes dans les monumens; mais nous voions la forme des braies aſſez bien exprimée au revers d'une medaille d'un Abgare d'Edeſſe, ville aſſez voiſine de la Perſe, au ſecond tome de Triſtan p. 519. qui approchent aſſez du haut-de-chauſſe qu'on portoit en France il y a cinquante ans.

---

antrorſum reflectitur; id vero proprie tiara Phrygia dicitur, quæ apud pleraſque Orientales nationes in uſu erat, cum aliqua tamen differentia. Veteres Medorum Reges, inquit Xenophon Cyrop. 1. adſcititiam comam geſtabant; ſic intelligatur oportet illud κόμαι πρόσθετοι: ſupercilia etiam pingere ſolebant. Veriſimile autem eſt illas adſcititias comas capillos fuiſſe ad genuinam comam adjectos, ut de comis Regum Parthorum infra dicetur.

IV. Perſæ anaxyridas geſtabant, id eſt braccas, ſic enim Strabo ipſe explicat, qui Gallorum braccas commemorans anaxyridas item appellat. In monumentis, ni fallor, veteres illi Perſæ nuſquam comparent; ſed braccas non ineleganter expreſſas videmus in nummo Abgari Edeſſæ, quæ urbs vicina Perſis erat: idque in ſecundo Triſtani tomo p. 519. quæ non abſimiles ſunt braccis illis quæ annis ab hinc quinquaginta in Gallia geſtabantur.

CHAPITRE XIV.

I. Habits des Parthes ſemblables à ceux des Daces. II. Belle tête d'un Roi Parthe. III. Differences dans les têtes des Rois Parthes. IV. Tiares des Rois d'Armenie; les Rois Parthes en ont porté de ſemblables. V. Roi d'Orient inconnu.

I. L'HABIT des Parthes nous eſt bien plus connu que celui des Perſes. Nous le voions ſouvent repeté ſur l'arc de Severe. Ils portoient une tunique qui leur deſcendoit juſqu'aux genoux, & dont les manches venoient preſque juſqu'aux mains. Ils étoient ceints ſur les hanches, & portoient par deſſus la tunique un manteau ou une chlamyde attachée à l'épaule, qui deſcendoit à peu près auſſi bas que la tunique. Cette chlamyde étoit attachée à l'épaule par une boucle; c'étoit apparemment le candys dont nous venons de parler. Leur bonnet recourbé ſur le devant étoit ſemblable au bonnet Phrygien; leurs ſouliers étoient fermez de tous côtez, & leurs bas fort larges attachez à l'extrémité de la jambe près des ſouliers, & ſemblables à des guêtres de toile. Il n'y a preſque point de difference entre leur habit & celui des Daces, des Marcomans, des autres nations Germaniques, & des Gaulois. C'eſt apparemment cette conformité d'habit qui a fait croire au Serlio fameux architecte Italien, que l'arc de Severe avoit été fait des dépouilles d'autres édifices, ne pouvant s'imaginer que les habits de nations ſi éloignées fuſſent tout-à-fait ſemblables. Je remarque que la forme des bas étoit preſque la même dans toutes les nations barbares. De là vient ſans doute, comme nous avons déja dit, que quand les marbres repréſentent un eſclave ou un captif, on le voit toujours avec cette eſpece de chauſſure.

Les Rois des Parthes ſelon Plutarque imitoient les modes des anciens rois des Medes: *Il étoit*, dit-il parlant de Surena, *orné à la façon des Medes, de peintures au viſage, d'une fort belle perruque; bien different en cela des autres Parthes, qui portoient les cheveux à la mode des Scythes, & épars, négligez, qui rendoient leur aſpect horrible.* Quoiqu'il ne parle pas là du Roi, mais de celui qui étoit après le Roi le premier dans l'Empire; il ne faut pas douter que les Rois des Parthes ne fuſſent ornez de même. L'ornement de tête des Rois des Parthes n'eſt pas

---

CAPUT XIV.

I. Veſtes Parthorum Dacicis veſtibus ſimiles. II. Elegans Regis Parthorum caput. III. Diſcrimina quædam in ornatu capitis Regum Parthorum. IV. Tiara Regum Armeniæ: Reges Parthorum ſimiles aliquando tiaras geſtarunt. V. Rex quiſpiam Orientalis ignotus.

I. PARTHORUM veſtis notior nobis quam Perſarum: in Septimii namque Severi arcu multos cum veſtimentis ſuis Parthos videmus. Tunicam illi geſtabant ad genua uſque defluentem, cujus manicæ ad manum uſque protendebantur: cingulo lumbos ſtringebant, & ſupra tunicam chlamydem vel candyn fibula nexum habebant eadem qua tunica longitudine: candyn utique putamus eſſe de quo modo loquebamur. Tiara antrorſum reflexa Phrygiam cidarin referebat: calcei undique clauſi, tibialia latiſſima, prope calceos ſubligata, & peronibus fere ſimilia. Nihil pene differunt Parthorum veſtes a veſtibus Dacorum Marcomannorum, aliarumque nationum Germanicarum, atque, ut putamus, Gallorum veterum: quæ res Serlium Architectum celeberrimum eo induxit, ut putamus, ut crederet Arcum Severi ex aliorum ædificiorum reliquiis conſtructum fuiſſe, quod non probabile eſſe putaret nationes tanto terrarum ſpatio disjunctas iiſdem uſas veſtibus fuiſſe. Tibialium porro formam eamdem fere obſervo apud omnes barbaras nationes: indeque eſt, ut jam diximus, ut cum in anaglyphis ſervus aut captivus quiſpiam repræſentatur, cum hujuſmodi ſemper tibialibus compareat.

Reges Parthorum ſecundum Plutarchum, veterum Medorum Regum morem imitabantur. *Erat*, inquit de Surena loquens in Craſſo, *Medorum more ornatus picturis in vultu, coma adſcititia eleganti, longe diverſo a cæteris Parthis more, qui comam more Scytharum paſſis ſordidiſque capillis geſtabant, qua aſpectu terribiles evadebant.* Etſi hic non de Rege, ſed de primo poſt Regem loquatur: nihil dubium eſt Parthorum Reges eodem fuiſſe cultu. Ornatus autem capitis Re-

toujours le même ſur les anciens monumens & ſur les medailles ; il paroit avoir été ſujet à bien des changemens. Le Roi eſt quelquefois avec un ſimple diademe ſans aucun autre ornement que celui de la chevelure.

Pl. XLIII. II. Nous prenons pour un Roi Parthe cette belle tête du cabinet de M. l'Abbé Fauvel [1], dont l'original eſt plus grand que nature. Il ne porte que le diade-
1 me ; car ces Rois ne portoient pas toujours une couronne, & n'avoient quelquefois d'autre marque de roiauté qu'un diademe ſimple. Ses cheveux fort épais & bouclez ſur le devant, & ſeparez en un grand nombre de boucles entaſſées avec ordre les unes ſur les autres, marquent ſans doute une chevelure empruntée & inſerée parmi les cheveux naturels, tant dans cette tête que dans pluſieurs autres des Rois des Parthes. Sa barbe tres-longue, épaiſſe, friſée, qui ſe termine par le bas en pluſieurs boucles bien agencées, doit être empruntée de même, du moins pour la plus grande partie. Les Rois des Parthes ſont toujours fort barbus ; mais comme nous ne trouvons guere leurs têtes que ſur des medailles aſſez petites, le peu d'eſpace qu'il y a ne laiſſe aucun lieu de bien
2 diſtinguer la forme des cheveux & de la barbe. Les [2] deux medailles qui ſont
3 audeſſous de cette grande tête [3] confirment que les Rois des Parthes ne portoient quelquefois que le diademe pour ſeule marque de roiauté.

III. La tête du Roi Parthe ſuivant, bien differente des précedentes, porte
4 une [4] couronne fermée, ornée de perles & de pierreries. Celle d'après [5] porte
5 le diademe, audeſſus duquel eſt une eſpece de calote, ou peutêtre ce ſont les
Pl. XLIV. cheveux mêmes, leſquels applanis ſur la tête, & ſerrez audeſſous par le diademe, font une eſpece de calote.

1 Nous donnons ici la figure [1] d'un Roi Parthe tirée d'une belle cornaline de notre cabinet ; les cheveux y ont aſſez l'air d'une chevelure étrangere à longues boucles. La tiare y eſt aſſez differente des autres tiares des Rois Parthes, tant des précedentes que de celles qui ſe voient ſur cette planche ; elle eſt recourbée par le haut à la maniere du bonnet Phrygien. Il a des pendans d'oreilles comme le ſuivant. La pierre repréſente un buſte, & on y voit le commencement du candys ou du manteau roial attaché ſur l'épaule avec une boucle :
2 il y a tout autour une inſcription Parthe qu'on ne peut lire. La tête [2] ſuivante eſt auſſi d'un Roi des Parthes, mais fort differente de toutes les autres, comme chacun peut voir ſur l'image ; elle porte une couronne qui a aſſez de rapport
3 aux tiares des Rois d'Armenie. Une autre tête [3] a une couronne murale, &

---

gum Parthorum non ſemper idem eſt in veterum monumentis, multiſque obnoxius mutationibus fuiſſe videtur. Rex aliquando cum diademate ſolo comparet, non alio quam capillorum ornatu.

II. Regis Parthorum putamus eſſe [1] caput illud elegans marmoreum in Muſeo V.Cl. Abbatis Fauvelii, naturali mole majus. Solum ille diadema geſtat : Reges enim Parthorum non ſemper coronam ſeu tiaram regiam geſtabant, & ſolum ſæpe diadematis inſigne habebant. Capilli denſi ſunt cincinnis ornati & in tot cirros ſupra frontem ordine quodam diſtributi, ut adſcititii omnino crines eſſe videantur, tam in hoc, quam in aliis Parthorum Regum ſchematibus. Barba prælonga, denſa, atque ut videtur calamiſtrata eleganterque compoſita, alienos etiam admiſiſſe crines videtur. Reges Parthorum admodum ſemper barbati ſunt ; ſed cum eorum capita vix alibi quam in nummis reperiantur, ubi parvæ ſunt molis, ſpatii brevitas a coma barbaque ſubtiliter exploranda arcet. Nummi [2] duo infra poſiti confirmant, ut diximus, Reges Parthorum [3] nonnunquam ſolum diadema pro inſigni imperii geſtaviſſe.

III. Caput Regis [4] Parthorum ſequens a præcedentibus longe diverſum coronam geſtat clauſam, ornatam margaritis & gemmis. Aliud Regis [5] Parthorum caput diadema geſtat, ſupra quod quaſi pileus parvus, vel forte ipſi capilli ſunt qui a diademate compreſſi, pilei cujuſpiam formam exhibent.

Schema ſequens [1] elegantem corneolam exhibet Muſei noſtri : capilli adſcititiam comam præ ſe ferunt longis decoratam cincinnis. Tiara a cæteris Parthorum Regum tiaris aliquantum differt, tum a præcedentibus, tum ab iis etiam quæ in hac tabula viſuntur : ea antrorſum reflectitur, quaſi Phrygia tiara : inauribus ornatur ut & ſequens. Lapis protomen exhibet, quamobrem ſumma pars chlamydis regiæ fibula annexæ, illius quæ candys vocabatur, hic conſpicitur. Caput etiam [2] ſequens eſt Regis Parthorum ; & admodum diſcrepat ab aliis omnibus ut in imagine ſtatim deprehenditur ; coronam geſtat tiaris regum Armeniæ ſimilem. Caput ſequens [3] coronam muralem geſtat, & in altera facie caput exhibet, cum inſcri-

ROYS, PARTHES

l'A. Fauvel

2

Spanheim

3

Spanheim

4



Spanheim

5

Spanheim



ROIS DES PARSES, D'ARMENIE, D'EDESSE &c.

1

N. Cabinet

2

Spanheim

3



Spanheim

4

Spanheim

5

Spanheim

6

Spanheim

7

Spanheim

8

Spanheim

12

Mr. Foucault

9

Spanheim

10

Spanheim

11

Spanheim

14

Beger

13

Beger

de l'autre côté une tête avec une inſcription Parthe. Les trois têtes d'après reſſemblent [4] à celle de l'Abgare d'Edeſſe, que nous donnons plus bas. Deux de [5] celles-là ont au revers un ſagittaire ou un archer, qui [6] ſe mettoit aux anciennes monnoies de Perſe. 4 5 6

IV. Les deux [7] medailles ſuivantes ſont des Rois d'Armenie; ces Rois qui n'ont point de [8] barbe, ont des couronnes preſque comme une tour crenelée avec de larges bandes qui pendent à droite & à gauche. 7 8

Une autre ſorte [9] de tiare des Rois Parthes que nous voions ſur trois medailles, approche de la tiare des Rois [10] d'Armenie; elle ne ſe termine pas en rond comme les précedentes, mais elle eſt fort longue, [11] enrichie de divers ornemens, elle ſe termine en haut en petites pointes comme les couronnes radiales. On voit auprès de ces tiares des arcs & des fleches, armes ordinaires des Parthes. 9 10 11

Les Rois Parthes paroiſſent quelquefois ſans tiare, comme eſt celui de l'arc de Conſtantin, repréſenté ſur un bas relief tiré de quelque édifice de Trajan. Sur le même arc on voit Parthamaſiris qui vient demander à Trajan d'être rétabli ſur le thrône: ils paroiſſent là ſans la tiare par reſpect pour Trajan.

V. Je n'oſerois mettre au nombre des Rois Parthes celui qui vient enſuite, [12] tiré du cabinet de M. Foucault: ſon bonnet roial ou ſa tiare, ſi l'on veut, eſt fort élevée; elle a tout autour des pointes ou des raions qui font la couronne roiale: ces pointes ſont ſemblables à celles des tiares voiſines. Ce Roi a une longue barbe à la maniere des Rois Parthes: il porte une chaine apparemment d'or, qui deſcend ſur la poitrine; à la chaine eſt attachée une bulle en forme de cœur, comme étoient les bulles Romaines. La tiare des Rois Parthes a ſi ſouvent changé de forme, que cela pourroit faire conjecturer que celle-ci en étoit une. Nous en découvrons tous les jours de nouvelle maniere. Mais enfin ſi ce n'eſt pas un Roi Parthe, nous pouvons dire vraiſemblablement que c'eſt un Roi d'Orient. 12

---

ptione Parthica: quæ [4] ſequuntur tria capita regum Parthorum eamdem fere tiaram geſtant, atque Abgari Edeſſeni; horumce [5] duo in poſtica facie exhibent ſagittarium, qui in nummis [6] veterum Perſarum apponebatur.

IV. Duo [7] nummi ſequentes regum Armeniæ ſunt, qui reges imberbes coronam geſtabant murali aut turritæ ſimilem, [8] cum vittis latioribus hinc & inde dependentibus.

Aliud tiaræ [9] regum Parthorum genus, quod in tribus nummis conſpicimus, ad [10] Armenicæ tiaræ formam accedit, non in rotundam [11] figuram deſinit ut tiaræ præcedentes, ſed oblonga eſt, multiſque ornamentis decorata: ſuprema pars in aculeos deſinit ſicut coronæ radiatæ. Eæ vero cum arcubus & ſagittis ſunt, quæ erant arma Parthorum conſueta.

Reges Parthorum aliquando ſine tiara conſpiciuntur, ut ille in arcu Conſtantini in anaglypho, quod ex alio ædificio ad Trajanum pertinente eductum fuerat. In eodem arcu Parthamaſiris agnoſcitur, qui ſupplex Trajanum adit, ut ſibi regnum reſtitui curet: ideoque ob Trajani reverentiam hic ſine tiara comparet.

V. Non auſim regibus Parthis annumerare eum qui in [12] ima tabula ponitur ex Muſeo V. Cl. D. Foucault eductus: regius pileus aut tiara, ſi ſic vocanda eſt, ſublimis erigitur, circumque radios habet, qui coronam conſtituunt: hi radii ſive aculei vicinarum tiarum radiis ſunt ſimiles. Rex egregie barbatus eſt, more regum Parthorum: catenam ille auream geſtat, quæ ad pectus uſque deſcendit. Catenæ annexa eſt bulla, cujus forma cor humanum refert, quales erant bullæ Romanorum. Tiara regum Parthorum tot mutationibus obnoxia fuit, ut hinc conjicere liceat hanc ex earum eſſe numero, cum quotidie novas tiaræ formas eruamus. Si regis Parthorum tiara non fuerit, veriſimiliter dicere poſſumus fuiſſe regis cujuſpiam orientalis.

CHAPITRE XV.

I. Tête, à ce qu'on croit, de Tomyris reine de Scythie. II. Habit des Babyloniens. III. Des Tapyriens. IV. Tête de l'Abgare d'Edeſſe. V. Habit des Scythes. VI. Des Phrygiens.

I. LA tête de femme qui porte une autre tête coupée, a été donnée par Beger pour la tête de [13] Tomyris reine des Maſſagetes, qui après la défaite de ſon fils par Cyrus, eut ſa revanche, défit l'armée du vainqueur, & lui fit couper la tête, qu'elle mit dans un tonneau pour le raſſaſier de ſang, dont il avoit été ſi avide toute ſa vie. Beger croit que c'eſt ce que le graveur a voulu exprimer dans cette pierre: il remarque ſur le viſage de cette femme un caractere de ferocité qui convient fort bien à une Reine de Scythie: derriere la chevelure paroit un caſque, marque de l'humeur martiale de Tomyris. Le Lecteur habile jugera de la ſolidité de cette conjecture.

II. Les Babyloniens ſelon Herodote portoient deux tuniques, dont l'une qui étoit de lin leur deſcendoit juſqu'aux pieds: ſur cette tunique ils en portoient une autre de laine, & pardeſſus tout cela un *chlanidion*, qui étoit une eſpece de petit manteau. Leurs ſouliers étoient ſemblables à ceux des Thebains; nous ne connoiſſons guere ni les uns ni les autres. Ils portoient des cheveux liez avec des mitres ou des rubans: ils avoient tous une bague à cacheter. Chacun d'eux portoit un ſceptre ſurmonté d'une pomme, ou d'une roſe, ou d'un lis, ou d'une aigle, ou de quelqu'autre choſe; il ne leur étoit pas permis d'en porter ſans quelque marque ſemblable.

III. Les Tapyriens étoient une nation Orientale, où ſelon Strabon les hommes étoient vêtus de noir, & portoient les cheveux fort longs; & au contraire les femmes étoient vêtues de blanc, & portoient les cheveux courts.

IV. Les Abgares [14] d'Edeſſe étoient de petits Rois qui ſe voient ſouvent ſur les medailles, remarquables par leur tiares qui reviennent aſſez à la forme de certaines des Rois Parthes, que nous avons données ci-devant. Nous voions ſur un des revers [15] l'habit de l'Abgare tout entier, & nous y obſervons les braies aſſez bien formées. Les braies, comme nous avons dit ci-devant, étoient

---

CAPUT XV.

I. Caput, ut putatur, Tomyridis Scytharum reginæ. II. Veſtes Babyloniorum. III. Tapyriorum. IV. Caput Abgari Edeſſeni. V. Veſtis Scytharum. VI. Phrygum.

I. CAPUT ſingulare mulieris, quæ caput aliud viri ſuſtinet, a Begero quaſi caput [13] Tomyridis Maſſagetarum reginæ publicatum fuit, quæ poſt devictum a Cyro filium ſuum, ejus cladem ulta eſt, fuſoque victoris exercitu caput Cyro præcidi juſſit, inque utrem ſanguine plenum immergi, ut eo ſatiaretur, cujus tantopere avidus in vita fuerat. Putat Begerus id in hoc lapide repræſentari; inque vultu reginæ neſcio quid ferocitatis animadvertit, quæ Scytharum Maſſagetarumve reginæ competat. Pone capillos caſſis eſſe videtur, quæ martialem Tomyridis animum exprimat. An hæc admittenda conjectura ſit judicet eruditus lector.

II. Babylonii, ait Herodotus 1. 95. duas geſtabant tunicas, quarum altera linea ad pedes uſque defluebat, huic tunicæ altera lanea ſuperponebatur, & inſuper χλανίδιον adjiciebatur, quod erat genus quoddam pallii: calceamenta Thebanorum calceis ſimilia erant: neutros certe calceos novimus. Capillitium faſciis alligatum geſtabant: ſinguli annulum ſignatorium & ſceptrum gerebant, in cujus vertice pomum aut roſa, aut lilium, aut aquila, ſive aliud quidpiam; neque licebat ſine inſigni quopiam hujuſmodi, ſceptra geſtare.

III. Tapyrii Orientalis natio erant teſte Strabone p. 358. in qua viri atro colore veſtiebantur, comamque geſtabant longam; contra vero mulieres candida utebantur veſte, brevique capillitio.

IV. Abgari [14] Edeſſeni reguli erant, qui ſæpe in nummis viſuntur, tiara inſignes, quæ ad quamdam regum Parthorum tiaræ formam accedit qualem ſupra dedimus. In poſtica [15] cujuſdam nummi facie Abgari veſtitum integrum obſervamus & braccas diſtincte ſculptas. Braccæ, uti jam diximus, in uſu erant apud

en

HABIT PHRYGIEN

1

Narbonne

2

Boissard

4

Spon

3

La Chausse

5

Raccolta Maffei

en uſage chez les Perſes auſſi-bien que chez les Gaulois ; elles auront paſſé fort aiſément de Perſe en Meſopotamie, où étoit Edeſſe.

V. Les Scythes & ceux de la Thrace étoient aſſez conformes en leur habit aux Perſes. Ils portoient comme eux des braies & des tiares. Il ne reſte point de monument où l'habit des Scythes ſoit repréſenté, plus ancien que la colonne Theodoſienne à Conſtantinople ; où l'on voit des captifs, que les ſavans croient être Scythes. Ils portent des tuniques, dont quelques-unes ont des manches qui vont juſqu'au poignet. Leurs braies deſcendent juſqu'à la cheville du pied ; elles ſont relevées par une ligature audeſſus du gras de jambe, en ſorte qu'elles ſervent en même tems de haut-de-chauſſe & de bas. Ils portent un manteau ou une *chlamyde*, que quelques-uns font monter ſur la tête pour la couvrir. Les Senateurs Romains ſe ſervoient de même de la toge. Les gens de quelque diſtinction y paroiſſent avec une tunique qui va juſqu'à la cheville du pied ; dans une des figures que nous donnerons en ſon lieu, la tunique eſt frangée par le bas : ils ont un long manteau frangé de même. Tous ces Scythes de differente qualité ont la tête & les pieds nus, hors un qui releve ſon manteau pour en couvrir ſa tête. On trouvera pluſieurs de ces Scythes tirez de la colonne Theodoſienne, à la fin de ce tome, & dans le tome quatriéme.

VI. L'habit Phrygien ſe voit ſur pluſieurs monumens. Toutes les images que nous en avons ſe reſſemblent par le bonnet, qui eſt toujours recourbé ſur le devant : il n'en eſt pas de même du reſte de l'habit. Le premier [1] Phrygien que nous donnons, porte deux tuniques l'une ſur l'autre ; dont la plus longue ne deſcend pas juſqu'au genou. Toute la chauſſure reſſemble à un bas long, où l'on ne voit point la diſtinction du ſoulier. L'autre Phrygien [2] aſſis a la tête appuiée ſur la main, ferme les yeux, & ſemble dormir ou mediter quelque choſe. Le troiſiéme [3] dont on ne voit que le buſte, n'offre rien de particulier à obſerver. La medaille [4] du roi Midas le repréſente auſſi portant le bonnet Phrygien : pluſieurs ont douté de ſon antiquité, d'autres la croient vraie ; je la donne après Spon, ne l'aiant jamais vue en original. La plus belle figure en habit Phrygien [5] eſt celle de Paris aſſis ; il porte le bonnet Phrygien à l'ordinaire, & tient à la main droite la pomme de diſcorde ; par deſſus la tunique il a une chlamyde attachée à l'épaule droite avec une boucle ronde. Sa chauſſure approche aſſez de celle des Parthes.

PL. XLV.

1 2 3 4 5

Perſas perinde atque apud Gallos, ex Perſide vero in Meſopotamiam facile tranſierunt, ubi ſita Edeſſa erat.

V. Scythæ atque Thraces veſtibus utebantur, quæ Perſicis ſat ſimiles erant : braccas nempe geſtabant atque tiaras. Veſtes Scytharum nonniſi in columna Theodoſii Conſtantinopoli videmus, ubi captivi comparent, quos viri docti Scythas eſſe putant. Tunicas geſtant manicatas, quarum quædam manicas habent ad manum uſque pertingentes. Braccæ ad malleolos uſque pedis protenduntur, eæ ſupra ſuras alligantur, ita ut ſimul braccarum tibialiumque loco ſint. Pallium ſeu chlamydem geſtant, quam quidam capiti imponunt ut ſic operiant : eodem modo toga utebantur Senatores Romani. Viri primarii cum tunica talari exhibentur ; in aliquo ex ſchematibus quæ ſuo loco dabuntur tunicæ infima ora fimbriata eſt : longo item pallio fimbriis ornato utuntur. Scythæ omnes cujuſvis conditionis nudo capite ſunt illo excepto qui chlamyde caput operit. Multi hujuſmodi Scythæ ex columna Theodoſii educti in fine hujuſce tomi & in quarto comparebunt.

VI. Phrygia veſtis in plurimis monumentis conſpicitur. Omnes quas proferimus imagines ſimili ſunt tiara ornatæ, quæ tiara ſemper antrorſum reflexa eſt ; veſtes autem reliquæ non ita inter ſe ſimiles ſunt. Primus quem [1] proferimus Phryx duplici induitur tunica, quarum ea quæ longior ne ad uſque genua quidem deſcendit. Eo calceatur modo ut tibiale tantum oblongum videatur, in quo nulla ſoleæ aut calcei diſtinctio. Alius [2] Phryx ſedens caput in brachium ſiniſtrum reclinat, oculis eſt clauſis, ac vel dormiens vel aliquid meditans conſpicitur. Tertii [3] protome ſola repræſentatur, nihilque ſingulare præfert. Regis [4] Midæ nummus ipſum cum tiara Phrygia repræſentat. De hujuſce nummi ſinceritate non pauci dubitarunt, ex Sponio illum eduxi neque unquam inſpexi. Elegantiſſimum [5] omnium ſchema in quo Phrygia veſtis conſpicitur, eſt Paridis ſedentis : tiaram ille de more Phrygiam geſtat, manuque dextera diſcordiæ pomum tenet : ſupra tunicam chlamys humero dextro fibula rotunda annexa eſt. Calceamenti genus ad Parthicum accedit.

CHAPITRE XVI.

I. Habit des Daces. II. Et d'autres nations voiſines. III. Habits des Germains.

I. LA colonne de Trajan nous fournit les habits des Daces & de pluſieurs autres nations ſeptentrionales, qu'il eſt aſſez mal aiſé de diſtinguer les unes des autres, hors les Daces, contre leſquels Trajan eut une guerre longue & difficile, qui fut ſuivie du triomphe. Les Daces y paroiſſent en cent endroits vêtus preſqu'entierement comme les Parthes. Ils ont des tuniques qui leur deſcendent juſqu'au genou, de longues braies qui leur ſervent en même tems de haut & de bas de chauſſes & qui ſont liées quelquefois un peu au deſſus de la cheville; des ſouliers à peu près comme les nôtres, une *chlamyde* ou un manteau aſſez court. Leurs bonnets recourbez comme le bonnet Phrygien, ſont tout ſemblables à ceux des Parthes. Il y en a ſouvent qui vont la
PL. tête nue. Nous en donnons au tome ſuivant pluſieurs images de differente
XLVI. attitude, pour faire mieux diſtinguer toutes les parties de l'habit. On voit ici
1 la figure d'un Roi [1] Dace captif, indubitablement antique, dont le manteau
2 eſt orné tout autour d'une longue frange. Spon en a [2] donné trois à peu près
3 de même; où il faut remarquer [3] que quoique ce ſoit certainement l'habit
4 des Daces [4], pluſieurs nations Germaniques & d'autres Barbares s'habilloient de même, comme nous verrons plus bas: ainſi ces Rois captifs vêtus à la maniere des Daces pourroient être d'autres nations.

II. Outre les habits des Daces nous en voions ſur la colonne Trajane de pluſieurs nations voiſines, qui paroiſſent des troupes auxiliaires des Romains. Les uns ont une tunique qui deſcend juſqu'au deſſous du genou, & un bonnet ſemblable au *pileus* des Romains; d'autres qui ont le même bonnet, portent une *chlamyde* frangée, & des braies à la maniere des Parthes, de quelques nations Germaniques, & des Gaulois. On en voit autre part ſur la colonne qui ont des braies, & qui ſont nus de la ceinture en haut. D'autres ont des cottes qui leur vont juſqu'à la cheville; on les prendroit pour des femmes, ſi la barbe ne les faiſoit reconnoître pour hommes. Il faut pourtant remarquer que ſelon M. Fabreti ce ſont veritablement des femmes qui alloient à la guerre, & qui n'avoient point de barbe; mais le marbre gâté en cet endroit

---

CAPUT XVI.

I. Veſtes Dacorum. II. Aliarumque finitimarum nationum. III. Veſtes Germanorum.

I. COLUMNA Trajani Dacorum veſtes exhibet plurimarumque nationum ſeptentrionalium quas nationes internoſcere non ita facile eſt, præter ipſos Dacos quibus Trajanus longum difficileque belluin intulit, quibus devictis Trajanus triumphavit. Ibi ſexcenties Daci comparent, eodem ferme habitu atque veſtitu quo Parthi. Tunicis induuntur ad genua uſque defluentibus, bracciſque oblongis, quæ etiam tibialium loco ſunt; & circa malleolos nonnunquam alligantur: calceis utuntur, qui hodiernis non abſimiles ſunt, chlamyde brevi, tiaris antrorſum reflexis Parthiciſque ſimilibus: multi etiam capite nudo incedunt. Plurimas in tomo ſequenti eorum imagines proferimus vario ſitu atque modo repræſentatas, ut omnes veſtium partes facilius diſtinguantur: hic apponimus regis [1] Daci captivi ſchema non dubiæ antiquitatis, cujus chlamys circumquaque oblonga fimbria ornatur: tres [2] alii ſupra poſiti ab Sponio dati ſunt. [3] Ubi obſervandum, etſi veſtis Dacorum ſit, plurimos [4] tamen iis vicinos Germanos alioſque barbaros eadem veſte fuiſſe uſos: quamobrem hi reges captivi Dacico more induti poſſent vicinarum eſſe nationum.

II. Præter Dacorum veſtes in columna Trajana aliarum quoque nationum vicinarum diverſa videmus veſtimenta, quæ nationes auxiliariæ Romanorum copiæ eſſe videntur. Alii tunicam geſtant ultra genua defluentem, pileum Romano ſimilem; alii eodem tectæ pileo chlamydem geſtant fimbriatam, braccas Parthicis ſimiles, necnon Germanicis, Galliciſque. Alii etiam viſuntur braccati, a zona ad verticem uſque capitis nudi. Alii tunicas muliebres geſtant ad uſque malleolos defluentes, mulieres eſſe crederes niſi barba viros proderet. Ubi tamen notes Fabretum in columna Trajana vere mulieres eſſe militantes exiſtimare, barbam enim, inquit, principio in marmore non habuere, ſed detritum eo loci marmor barbam

HABITS DES PARTHES ET DES DACES

XLVI. *Pl. a la 82. page T.* III

2

Spon

3

Spon

4

Spon

1

Ch. Fontaine

Ch. Fontaine

les fait paroître barbues. Toutes ces images se trouveront au tome quatriéme, où nous représenterons les gens de guerre de toutes les nations.

III. A la colonne Antonine, où sont décrites les victoires remportées par Marc-Aurele sur plusieurs nations Germaniques, savoir sur les Quades & les peuples de l'Autriche & de la Moravie, on voit ces peuples qui se battent à coup de frondes contre l'armée Romaine. Ils ont des braies comme les Daces, & sans autre habit de la ceinture en haut, ils couvrent leur corps nu d'une espece de manteau; c'est peutêtre le *sagum Germanicum* dont parle Tacite, attaché à l'épaule avec une boucle. Il y en a d'autres qui nus de la ceinture en haut, n'ont que des braies, qui comme nous avons dit, servent de culotte & de bas, avec des souliers à peu près comme ceux d'aujourd'hui. D'autres en assez grand nombre sont vêtus comme les Daces sans aucune difference. Tous ces habits se repréſenteront au tome de la guerre.

---

exhibere videtur. Hæ omnes imagines tomo quarto dabuntur, ubi nationum omnium cognitarum militaria vestimenta comparebunt.

III. In columna Antoniniana ubi victoriæ Marci Aurelii Antonini de Germanis reportatæ exhibentur; de Quadis nempe deque Austriæ & Moraviæ populis; qui fundis aliisque armis utuntur; hi populi conspiciuntur fundis contra Romanum exercitum pugnantes: braccas, ut Daci gestant, atque a zona usque ad humeros nudi, corpus pallio tegunt; quod pallium sagum illud Germanicum videtur esse, de quo Tacitus, fibula ad humerum annexum. Alii vero a zona ad caput nudi, solas habent braccas quæ femora simul & tibias contegunt; calcei vero nostris pene sunt similes. Alii demum non parvo numero, vestimentis utuntur Dacicis sine ullo discrimine. Quæ omnia vestimenta tomo quarto ubi de bello repræsentabuntur.

CHAPITRE XVII.

I. Habit des Gaulois. II. La forme du saie des Gaulois. III. Autres images des Gaulois, dont quelques-uns tiennent des marteaux. IV. Commissaire de quartier de l'ancienne ville de Mets. V. Image d'une fille Gauloise & de quelques autres.

I. LEs Gaulois & les Germains convenoient en bien des choses quant à la maniere de s'habiller. Nous n'avons aucun monument de l'habit des Gaulois avant qu'ils fussent subjuguez par les Romains. Il nous en reste en assez bon nombre des premiers siecles des Empereurs, que l'on reconnoit d'abord fort differens de celui des Romains; mais qui avoient sans doute été sujets à divers changemens depuis Jules-Cesar. Un des plus anciens monumens où nous voions des Gaulois représentez, est celui qui fut déterré en creusant dans le chœur de l'Eglise Cathedrale de Paris en 1711. Six Gaulois y paroissent avec des bonnets assez semblables à ceux des Parthes, des Daces; & de quelques nations Germaniques, dont nous venons de parler. Ils ont des tuniques à longues manches qui viennent jusqu'au poignet, & par dessus la tunique le *sagum Gallicum*, ou le saie à manches, en quoi il differoit du saie Romain,

---

CAPUT XVII.

I. Vestes Gallorum. II. Sagi Gallici forma schematibus exhibita. III. Aliæ Gallorum imagines, ex quibus quidam malleum tenent. IV. Magister vici Metensis. V. Puellæ Gallicæ imago cum quibusdam aliis.

I. GALLI atque Germani in vestium forma sat inter se consensisse putantur: de Gallorum vero indumentis antequam ii a Romanis subigerentur, nihil comparet in monumentis. Non pauca tamen suppetunt, quæ ad Imperatorum priora sæcula pertinent; sed quæ a Julii Cæsaris tempore mutationibus non paucis obnoxia haud dubie fuerant. Inter antiquissima Gallorum schemata numeranda ea quæ anno 1711. in Ecclesiæ Cathedralis Parisiensis choro effossa visuntur. Sex ibi Galli comparent tecti galeris, quæ tiaris Parthicis non absimiles sunt: tunicas illi gestant quarum manicæ ad manum usque pertingunt, & supra tunicam sagum Gallicum manicis instructum; qua in re a sago Romano differebat. Cum autem hæc

qui n'en avoit point. Ces bas reliefs ſont ſi gâtez par le tems, qu'on n'y voit pas les choſes bien diſtinctement. Nous avons déja donné ces figures au livre de la Religion des Gaulois, & nous donnerons encore ce qui peut regarder l'habit militaire au tome ſuivant, qui eſt celui de la guerre.

II. Le ſaie des Gaulois étoit orné de bandes de pourpre étroites comme des verges, c'eſt pour cela qu'on l'appelloit *virgatum*. Les figures que nous donnons de l'habit Gaulois aux premiers ſiecles de l'Empire, ne ſont point
Pl. conformes entre elles. Il y en a quelques-unes où le ſaie paroit audeſſus de la
XLVII tunique, & où les manches de la tunique ſont fort étroites, & celles du ſaie
1 fort larges. Tel eſt ce jeune homme [1] qui tient un petit chien ſur le bras; cet
2 autre qui d'une main [2] tient un oiſeau, & de l'autre un gobelet, a des manches
3 fort larges. Celui [3] qui a un petit chien ſous le bras, & qui tient de l'autre main
4 une eſpece de coffret, les a fort étroites. Le ſuivant tient [4] un gobelet; ſon ſaie eſt découpé par le bas en pointes: cela n'eſt pas ſi aiſé à diſtinguer dans les figures ſuivantes. Ce ſaie qui étoit fermé de tous côtez ſe mettoit en paſſant la tête dans le grand trou d'enhaut.

III. Dans pluſieurs figures ſuivantes le ſaie n'eſt point fermé, & quand il eſt fermé il n'a point de manches: je ne ſai ſi l'on peut l'appeller ſaie quand
Pl. il eſt d'une forme ſi differente des autres. Dans la planche d'après on voit
XLVIII. dans un édifice voûté quatre perſonnes. Ici eſt repréſenté un mariage; l'é-
1 poux met la bague au doit de [1] ſon épouſe; il tient à la main un inſtrument qui n'eſt pas reconnoiſſable. On ne peut pas diſtinguer ſi les deux autres jeunes perſonnes ſont ou garçons ou filles: ce qu'on remarque ici eſt qu'elles portent chacune un marteau: ce qu'on voit auſſi dans d'autres figures Gauloiſes. L'une porte auſſi une eſpece de coffret qui a une anſe pardeſſus: on en voit de même dans quelques figures ſuivantes, & dans un grand nombre d'autres trouvées à Mets, & recueillies par Meuriſſe dans ſa préface à l'hiſtoire de Mets. Il eſt à remarquer que ces figures en quatre planches ne ſe trouvent pas dans tous les exemplaires de Meuriſſe. Ces quatre perſonnes & toutes celles de la planche précedente ont des chauſſures ſemblables, tout-à-fait fermées, où l'on ne diſtingue point le ſoulier du bas de chauſſe. Toutes les images données juſqu'ici ont été trouvées en Bourgogne. Les ſuivantes ont été tirées partie de la Bourgogne, & partie de la ville de Mets ou des environs.

---

anaglypha non parum deformata tempore ſituque fuerint, hæc non ita clare percipi poſſunt. Has imagines ſuperius habes depictas in religione Gallorum, iterumque eædem proferentur tomo ſequenti, ubi de veſte militari diverſarum nationum.

II. Sagum Gallorum clavis ſeu pannis anguſtis purpureis ornabatur, qui virgas referebant, ideoque virgatum ſagum appellabatur. Schemata veſtium Gallicarum, quæ prioribus Imperatorum ſæculis in uſu erant, non inter ſe ſimilia ſunt. In quibuſdam imaginibus ſagum ſupra tunicam conſpicitur, manicæque in tunica anguſtæ, in ſago latiſſimæ: ſic veſtitus eſt [1] ille juvenis, qui catellum tenet. Alter vero qui [2] alia manu avem, alia culullum geſtat, latas habet manicas; ſtrictas & anguſtas alius, qui [3] catellum altera, arculamque altera tenet manu: ſequens culullum [4] tenet, ſagumque habet inciſuris ceu fimbriis ornatum. In ſequentibus ſchematibus ſagi forma non ita facile internoſcitur. Sagum autem undique clauſum capite per foramen immiſſo inſerebatur.

III. In ſchematibus plurimis ſagum clauſum non eſt, & aliquando ubi ſagum clauſum eſt manicis caret. Neſcio utrum ſagum ſit appellandum, cum uſque adeo differt ab aliis. Tabula ſequenti in ædificio fornicato [1] quatuor viri muliereſve viſuntur. Hic nuptiæ repræſentantur, ſponſus ſponſæ digito annulum inſerit manuque neſcio quid tenet: duo alii an adoleſcentes an puellæ ſint non facile percipitur: malleum vero ſinguli tenent, quod in aliis etiam Gallicis ſchematibus obſervatur; ex iis alter arculam tenet, quod in ſequentibus etiam imaginibus conſpicitur; necnon in pleriſque aliis, quas Meuriſſius in hiſtoriæ Metenſis præfatione publicavit, ubi obſervandum hæc ſchemata non in omnibus hujuſce libri in fol. exemplaribus reperiri. Hi quatuor viri muliereſve eodem calcei genere utuntur, quemadmodum & omnes qui in tabula huic præmiſſa repræſentantur, quorum calcei clauſi ſunt, atque ita compoſiti ut a tibialibus non diſtinguantur. Eæ quotquot hactenus dedimus imagines in Burgundia omnes repertæ ſunt. Quæ ſequuntur autem partim ex Burgundia, partim ex Metenſi vel agro vel urbe ſunt eductæ.

1

DI BVSIE

CATIOLA.M.T.P.

D M

Mr. Charlet

2

D M

VERVLA.BVRDONIS.F

P C

Mr. Charlet

3

D M.

CIRCIRI . LABEO . ANV.

VICTOR . DOMI . P . C .

ANTISTII . NEPOS.

Mr. Charlet

4

SACRO . P ::: T · F

FAVSTA

CON IVGI

P C

Mr. Charlet

HABITS DES GAVLOIS

XLVIII. *Pl. a la 84. page T. III*

1

Charlet

2

Charlet

3

AELIZOZIMI
ABASCANTI
SOTER

Meurisse

4

LASTOCHI ASI.
SATRICA CONIVXARG
ET HECALE

Meurisse

HABITS DES GAULOIS

1

Meurisse

M.D.S GELLIONI·MASCLI FIL

2

Mr. Charlet

XLIX. *Pl. a la 86. pag. T. III*

3

D. M.
M. AFRANI HELIODORI
MAGISTRI VICI
SANDALIARIS
M. AFRANIVS IMMOL.
PATRONO FEC.

Meurisse

4

D·AN·XVIII·M·IIII· M·
ROMVLVS · CAMERINI·F·

Mr. Charlet

5

HECT·MI·
NVSILLA
CO

Mr. Charlet

FIGURES GAULOISES

1

M.r Charlet

2

M.r Foucault

3

M.r Foucault

4

4

M.r L'Abbé de Fontenu

La figure [2] de deſſous repreſente auſſi un mariage. L'homme met une bague au doit de la fille ; il eſt revêtu d'une tunique, & porte un manteau. A côté de cette image Ælius [3] Zozimus Abaſcantus ſe voit avec une tunique & un manteau ou un ſaie fermé de tous côtez, qu'il releve de ſes deux mains ; il tient de la main gauche un ſeau. A l'autre côté [4] Lucius Aſtochus eſt habillé tout-à-fait de même, & tient un ſeau comme le précedent ; à ſon côté eſt ſa femme Satrica, dont l'habit ne differe de celui du mari qu'en ce que ſa tunique traine juſqu'à terre. 2 3 4

Dans la planche ſuivante paroit d'abord l'image de Caſatus Caratius Fictiliarius [1] ; ce dernier mot veut dire un potier. En effet il tient un pot de terre, marque du métier qu'il a exercé pendant ſa vie ; il eſt habillé comme les précedents. Le buſte ſuivant [2] trouvé en Bourgogne eſt remarquable par le marteau que l'homme repréſenté tient à la main. Nous avons déja vu dans la planche précedente deux perſonnes qui tiennent des marteaux de même ; ce qui fait voir que cette maniere de repréſenter étoit aſſez ordinaire. PL. XLIX. 1 2

IV. L'image ſuivante [3] eſt ſinguliere : nous y voions un homme habillé comme les précedens, qui ſacrifie ſur un autel triangulaire ; il porte un coffret comme pluſieurs des figures précedentes. Il ſeroit difficile d'en deviner la cauſe. L'épitaphe nous apprend ſon nom, qui étoit Afranius Heliodorus ; il eſt qualifié *magiſter vici ſandaliaris*, maître de la rue qu'on appelloit *ſandaliaris*, parcequ'on y faiſoit des ſandales & des chauſſures ; c'étoit la rue des Cordoniers de Mets, ville fort conſiderable dans les Gaules. Il y avoit de même à Rome une rue appellée *vicus ſandaliarius*, la rue des Cordoniers, d'où prenoit ſon nom l'Apollon ſurnommé *Sandaliarius*. *Magiſter vici* étoit comme le *Commiſſaire du quartier*. Le ſuivant [4] tient un gobelet : l'image d'après repréſente un jeune garçon [5] aſſis auprès d'une jeune fille, à laquelle il met la main ſur l'épaule ; la fille tient un gobelet. Voila déja quatre gobelets que nous voions entre les mains de ces images venues de Bourgogne : ce qui pourroit marquer que c'étoit un payis où l'on faiſoit comme aujourd'hui des vins excellens. 3 4 5

V. La planche ſuivante montre d'abord [1] une fille qui porte un ſeau à puiſer de l'eau : elle ſe voit à Langres dans un bas relief ; ſa coëffure approche aſſez de celle de pluſieurs femmes de nos campagnes : ſa tunique qui ne deſcend que juſqu'à mi-jambe, eſt découpée en pointes par le bas en maniere de PL. L. 1

Quæ huic [2] ſubjicitur imago nuptias item exhibet : vir ſponſæ digito annulum inſerit, is tunica induitur & pallio. E regione hujus Ælius [3] Zoſimus Abaſcantus comparet cum tunica & pallio vel ſago undique clauſo, cujus ipſe oras brachiis erigit : ſiniſtra vero manu ſitulam tenet. In oppoſito latere Lucius [4] Aſtochus eodem prorſus veſtis genere tectus, ſitulam ut Zoſimus tenet, ad ejus latus uxor Satrica a conjuge in veſtimenti forma ea re tantum differt, quod tunica ſit talaris.

In tabula ſequenti ſtatim comparet Caſatus [1] Caratius Fictiliarius, quæ poſtrema vox figulum ſignificat ; artis ille ſignum geſtat vas fictile : a præcedentibus autem in veſtitu nihil differt : ſequens [2] protome in Burgundia reperta, eſt viri malleum manu tenentis : jam duos vidimus malleum ſimiliter tenentes, quo innuitur hunc repræſentandi modum tunc in uſu fuiſſe.

Neſcio utrum id quod cœnaculum vocabant, idipſum eſſet atque cœnatio: illud vero certum eſt, quotquot de cœnaculo loquuntur ipſum in ſuprema domus parte locare: hæc vox ut plurimum de tricliniis quæ in mediocris vel infimæ conditionis ædibus erant, uſurpatur. Cœnacula erant in Circo, ubi ſub officinis locabantur. Putat Bulengerus in theatris & amphitheatris cœnacula ſimiliter fuiſſe.

CHAPITRE III.

I. Le triclinium *ſe prend pour les lits de table & pour la ſalle à manger : difficulté ſur ce ſujet. II. Hiſtoire de Lucullus. III. Les appartemens des femmes dans la Grece étoient ſeparez de ceux des hommes, elles ne ſe trouvoient point aux feſtins. IV. Hiſtoire à ce ſujet. V. Coutume contraire des Lacedemoniens. VI. Autres remarques ſur les maiſons.*

I. LE *triclinium* vient du Grec τρικλίνιον, qui veut dire une ſalle ou un lieu où il y avoit trois lits étendus : l'uſage en paſſa aux Romains chez qui il ſignifie la même choſe que *cœnatio*, ou la ſalle à manger. Le triclinium donc étoit proprement les trois lits, où l'on ſe mettoit à demi couché : c'eſt en ce ſens que Ciceron le prend, quand il dit : *Il commandoit qu'on mit dans le marché des triclinium, ou des lits pour les convives.* Le nom de ces lits paſſa à la ſalle où on les mettoit. Servius qui interprete ce paſſage de Ciceron en tire une conſequence, qui, à ce qu'on prétend, n'eſt pas juſte. *Ce paſſage fait voir*, dit-il, *que ceux qui prennent le triclinium pour une baſilique, ou pour une ſalle à manger, ſe trompent.* Mais, dit-on, il ſe trompe lui-même. De ce que Ciceron appelle triclinium les lits préparez pour les convives, il ne s'enſuit pas que ce nom ne fut pas auſſi donné aux ſalles des feſtins. Les exemples ſont trop frequens chez les auteurs pour en douter : Ciceron lui-même dans une lettre à Atticus, dit que Ceſar étant venu le ſoir du ſecond jour des Saturnales voir Philippe, la maiſon de campagne de celui-ci fut ſi remplie de ſoldats, qu'à peine le triclinium où Ceſar devoit ſouper ſe trouva-t-il libre. On apporte ce paſſage pour refuter Servius, mais je ne vois pas qu'il ſoit fort concluant ; quand Ciceron dit que le triclinium où Ceſar devoit ſouper ſe trouva à peine libre, cela ne doit pas neceſſairement s'entendre de la ſalle où il devoit manger, on peut fort bien l'expliquer des trois lits & de la table qui compoſoient le triclinium. Un autre endroit de Ciceron paroit plus fort que celui-ci : il eſt pris du ſecond livre de l'Orateur, où Libon dit à Galba : *Quand ſortirez-vous de vôtre triclinium? quand vous ſortirez*, lui repond-il, *de la chambre à coucher des autres.* Je ne ſai même s'il ne ſe trouvera pas des gens qui feront encore des difficultez ſur ce

---

CAPUT III.

I. Triclinium accipitur pro lectis recumbentium & pro cœnatione : difficultas ea in re. II. Hiſtoria quædam Luculli. III. In Græcia mulieres in ſeparatis conclavibus degebant ; nec conviviis intererant. IV. Circa illam rem hiſtoria. V. Mos contrarius Lacedæmonum. VI. Obſervationes aliæ circa ædes.

I. TRICLINIUM fit ex Græco τρικλίνιον, quo ſignificatur locus aut conclave ubi tres extenſi lecti erant. Uſus ejus ad Romanos tranſiit, & apud eos idipſum eſſe videtur quod cœnatio. Triclinia igitur tres lecti erant in queis cœnaturi recumbebant, quo ſenſu intelligendus hic Ciceronis locus : *Sterni triclinia in foro jubebat.* Lectorum nomen ad cœnationem ipſam tranſiit. Servius qui Æneid. 1. hunc Ciceronis locum affert & explicat, hinc argumentum ducit non ita firmum ut putant nonnulli : *unde appareret*, inquit, *errare eos, qui triclinium dicunt ipſam baſilicam vel cœnationem.* At, inquiunt, ipſe Servius errat. Ex eo quod Cicero triclinium vocet lectos ipſos ad cœnam paratos, non ſequitur idipſum nomen ad cœnationes etiam indicandas uſurpatum non fuiſſe. Exempla frequentioria ſunt apud ſcriptores, quam ut hac de re dubitari poſſit. Cicero ipſe ad Atticum 13. 50. ait : *Cum ſecundis Saturnalibus ad Philippum veſperi veniſſet, villa ita completa militibus eſt, ut vix triclinium, ubi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet, vacaret.* Hic locus ad Servium refellendum affertur ; at non videtur certe rem conficere, nec falſum Servium comprobare. Cum ait Cicero triclinium ubi Cæſar cœnaturus eſſet vix vacaſſe ; id certe non neceſſario intelligendum videtur de conclavi vel de cœnatione ; nam explicari poteſt de triclinio vel de triplici lecto, & de menſa. Alius Ciceronis locus videtur ad rem probandam opportunior ; libro nempe ſecundo de Oratore, ubi Libonem inducit Galbam ſic alloquentem : *Quando tandem Galba de triclinio tuo exibis? cum tu, inquit, de cubiculo alieno* : quamquam neſcio utrum hic etiam locus omnis controverſiæ expers futurus ſit. Illud porro certiſſimum eſt Ciceronem nem-

paſſage : ce qui eſt certain, c'eſt que Ciceron prend bien plus ſouvent le triclinium pour les lits où s'aſſeyoient les convives que pour une ſalle à manger. Les autres auteurs prennent de même les triclinions dans l'un & l'autre ſens. Athenée appelle ces ſalles à manger des ſalles à trois lits οἶκοι τρίκλινοι & dit auſſi qu'il y en avoit à quatre, à ſept & à neufs lits. Nous en verrons plus bas où il y en avoit bien davantage : nous ajoûterons ſeulement ici que les dimenſions que Vitruve donne pour la ſalle à manger, ſont, qu'elle doit être une fois plus longue que large.

II. Dans les grandes maiſons il y avoit pluſieurs ſalles à manger ; ſur quoi Plutarque rapporte dans la vie de Lucullus une choſe memorable. Ce Capitaine Romain enrichi des dépouilles de pluſieurs Rois Orientaux, vivoit avec une magnificence ſurprenante : la dépenſe de ſa table étoit exorbitante : il avoit pluſieurs ſalles à manger, dont chacune avoit ſon nom particulier : il avoit donné le mot à ſes officiers de table & de cuiſine, que quand il voudroit manger à telle ſalle, la dépenſe devoit monter à tant, & à telle à tant. Un jour Ciceron & Pompée le rencontrerent au marché, & lui dirent qu'ils iroient ſouper chez lui ce ſoir, mais qu'ils vouloient qu'il ne fit rien préparer au-delà de l'ordinaire. Luculle faiſant ſemblant d'être embarraſſé, les pria de differer la partie au lendemain, ils n'en voulurent rien faire, & l'empêcherent même de donner des ordres à ſes ſerviteurs : il les pria de lui permettre au moins d'envoier dire qu'on les fit ſouper à l'Apollon ; c'étoit le nom d'une des ſalles à manger. Ils crurent lui pouvoir permettre cela ſans conſequence, en quoi ils ſe tromperent ; car la dépenſe de l'Apollon montoit à cinquante mille pieces d'argent. Ils y ſouperent donc, & ne furent pas moins ſurpris de la ſumptuoſité du feſtin, que de la diligence dont on avoit uſé à le preparer. Comme Triclinium ſe prend pour la table à trois lits, Biclinium dans Plaute ſe doit prendre pour une table à deux lits, dont nous parlerons auſſi à l'article de la table.

III. Les chambres à coucher s'appelloient *cubicula* : il n'y avoit point de cheminée ; mais on y apportoit du charbon & de la cendre chaude pour les chauffer quand il faiſoit froid. Les maiſons honorables avoient des chambres particulieres dans les endroits les plus reculez ; on les appelloit *Gynecéa* mot pris de γυνὴ femme, parce que c'étoient les femmes qui y habitoient loin de la vue des hommes. Elles y travailloient à la laine & à d'autres ouvrages propres au ſexe. Les Grecs avoient bien plus de ſoin que les Romains de

---

pe triclinium ſæpius pro ipſis lectis, quam pro cœnatione ipſa accipere. Scriptores alii triclinium utroque ſenſu uſurpant. Apud Athenæum lib. 2. c. 47. hujuſmodi cœnationes οἶκοι τρίκλινοι, domus trium lectorum appellantur, adjicitque Athenæus cœnationes eſſe in quibus aut quatuor, aut ſeptem, aut novem lecti erant : longe majorem lectorum numerum infra memoratum reperiemus : illud ſolum hic adjiciemus hanc triclinio dimenſionem a Vitruvio 6. 5. dari, ut longitudo duplo ſit latitudine major.

II. In nobilium primariorumque virorum domibus plurima erant triclinia, qua de re hoc memoratu digniſſimum refert Plutarchus in vita Luculli : Hic plurimorum orientalium regum ſpoliis admodum locuples ex ſumtu & magnificentia celebratur, apparatus menſæ illi ſupra modum ſplendidus. Huic multa erant triclinia ſuis quæque nominibus inſignita : miniſtris autem ſuis ſerviſque edixerat, ut cum in triclinio tali cœnaturus eſſet, tantum ad cœnam pecuniæ impenderetur, cum in alio tantum. Aliquando Cicero atque Pompeius ipſum in foro ambulantem otioſumque adeunt, ſeque cœnatum apud eum ituros dixerunt, ſed ſolita ſua cœna. Tum Lucullus ſe ſubitanea re perplexum turbatumque ſimulans rogabat in diem poſterum differrent : negaverunt illi neque poteſtatem ſervos alloquendi dederunt ; id modo largiri ſunt petenti, ut uni ſervo palam diceret, hodie ipſum in Apolline cœnaturum eſſe, quod nomen erat uni ex ſplendidis tricliniis, illo autem commento decepti ſunt : nam cœnare in Apolline ſolebat quinquaginta millibus denariorum. Illo itaque in triclinio cœnaverunt, neque minus ſumtum & lautitiam, quam apparatus celeritatem mirati ſunt. Ut triclinium tres lectos menſæ circumpoſitos, ſic biclinium duos lectos ſignificat, biclinium videbimus ubi de menſa.

III. Conclave illud ubi cubilia erant, cubiculum vocabatur ; ibi nullus caminus erat ; ſed frigore ingruente prunas eo cinereſque calidos deferebant calefaciendi cauſa. In nobilium domibus conclavia erant in remotioribus ſecretioribuſque partibus quæ Gynæcea vocabantur ; vox ex γυνὴ *mulier* deſumta, quia ibi mulieres degebant procul a virorum conſpectu : ibique lanificium aliaque muliebria opera exercebant. Longe diligentius Græci veteres, quam Romani mu-

tenir leurs femmes loin de la vue des hommes. Les appartemens des hommes s'appelloient chez eux *Andron* & *Andronitis* ; ceux des femmes *Gynæceon* & *Gynæconitis* ; & comme remarque fort bien l'illuſtre M. Potter, les filles étoient gardées bien plus étroitement : elles avoient des chambres ſeparées & fermées à clef, d'où il ne leur étoit pas permis de ſortir, pour aller dans d'autres appartemens : on gardoit avec la même ſeverité les nouvelles mariées. Quand ils faiſoient des feſtins où ils invitoient des gens de dehors, les femmes n'y paroiſſoient jamais, mais elles demeuroient toûjours renfermées dans leurs appartemens.

IV. Lorſque les Perſes faiſoient leur premiere tentative pour ſubjuguer la Grece, Megabyze qui commandoit pour le Roi Darius, envoia ſept Perſes des principaux de ſon armée pour demander à Amyntas Roi de Macedoine de la part de Darius la terre & l'eau ; c'étoient les termes dont les Perſes ſe ſervoient, quand leur Roi demandoit à quelque nation qu'elle ſe ſoûmit à ſon empire. Amyntas qui ne ſe ſentoit pas aſſez fort pour reſiſter à une ſi grande puiſſance, accorda ce qu'on lui demandoit, & fit un feſtin magnifique à ces Perſes, qui ſur la fin du repas demanderent qu'on fit venir les femmes & les filles de la maiſon ; Amyntas leur répondit que c'étoit contre la coutume du payis, où les femmes étoient toûjours ſeparées des hommes ; mais que les regardant comme ſes maîtres & ſes ſeigneurs, il les feroit venir, puiſqu'ils le ſouhaitoient ainſi. Elles vinrent en effet, & les Perſes demanderent qu'on les fit aſſoir auprès d'eux, ce qui leur fut encore accordé. Alors ils commencerent à prendre avec ces femmes des libertez qui déplaiſoient fort à Amyntas ; mais il n'oſoit rien dire. Alexandre ſon fils moins patient, dit à ſon pere qu'il étoit d'un âge trop avancé pour continuer à veiller avec ces Perſes, & à leur tenir tête dans la débauche, il le pria de ſe retirer & de lui laiſſer le ſoin de faire les honneurs de la maiſon. Le pere quoiqu'il ſe doutât bien que ſon fils avoit quelque mauvais deſſein contre ces Perſes, ſe retira pourtant, en lui recommandant de ne rien tenter qui pût lui attirer quelque mauvaiſe affaire. Alexandre, après que ſon pere ſe fut retiré, dit à ces Perſes qu'il falloit envoier les femmes & les filles ſe laver, & qu'après qu'elles ſe ſeroient lavées elles reviendroient pour coucher avec eux. Les Perſes y conſentirent volontiers, & Alexandre renvoia les femmes dans le gynecée, & fit venir autant de jeunes garçons habillez en femmes, portant chacun un poignard ſous leurs habits, avec ordre de tuer les

---

lieres a virorum conſpectu removebant. Penes illos virorum cubicula atque conclavia ἀνδρεῶν & ἀνδρωνίτις vocabantur ; mulierum vero γυναίκειον & γυναικωνίτις & ut optime obſervat illuſtriſſimus doctiſſimuſque Potterus, virgines longe ſeveriore cuſtodia aſſervabantur : iis cubicula remotiora & obſerata deputabantur, ex quibus non licebat egredi, neque alia adire conclavia ; eademque accuratione ſervabantur eæ quæ non ita pridem nupſerant. In conviviis quò contribules vicinique conveniebant, nunquam mulieres aderant, ſed in conclavibus illæ ſuis manebant.

IV. Quando Perſæ primum Græciam ſibi ſubjicere tentaverunt, Megabyzus Darii regis dux, inquit Herodot. 5. 17. ſeptem Perſas in exercitu ſpectatiſſimos miſit, qui ab Amynta Macedoniæ rege nomine Darii regis peterent terram & aquam ; hæc loquendi forma erat cum rex Perſarum ab aliqua gente vel ab aliquo rege peteret, ut ſeſe dederent. Amyntas, ut pote viribus impar, rem poſtulatam conceſſit ; homines in hoſpitium vocavit, eoſque inſtructa ſplendide cœna comiter excepit. Sub cœnæ finem Perſæ rogarunt, ut ſi quæ eſſent mulieres ac puellæ, eæ advocarentur : reſpondit Amyntas non illam eſſe ſibi conſuetudinem, ſed viros apud ſe a feminis ſemotos eſſe, ſed dominis tamen ſuis ita cupientibus ſe accerſiturum eas. Acceſſerunt, ſicut rogaverant illi, mulieres : poſtulant iterum Perſæ ut ſibi mulieres aſſideant, quod item conceſſum fuit : tum mammas contrectare, atque etiam oſculari tentaverunt, quam rem iniquo Amyntas ferebat animo, ſed tamen metu Perſici nominis tacebat. Tum Alexander Amyntæ filius impatiens ac dedecus non ferens, patrem rogat, ſecedat utpote jam ſenex, ſibique hoſpitum curam relinquat, ut cum illis potu indulgeat. Secedit Amyntas, filium rogans ne quid ſibi familiæque pernicioſum moliatur. Submoto Amynta Alexander Perſas rogat, mulieres lavatum ire concedant, ut poſtea lotæ nitidæque redeant ſecum concubituræ. Id Perſis gratum acceptumque eſt : recedunt mulieres in gynæceum ; accerſitque Alexander totidem juvenes imberbes, quos muliebri veſte indutos, pugionemque ſub veſtibus habentes, ad Perſas immittit, admonitos ut ſi manum

Perſes dès qu'ils voudroient mettre la main ſur eux. Ses ordres furent executez, les ſept Perſes furent tuez & on fit auſſi main baſſe ſur toute leur ſuite. C'étoit une affaire à perdre le Roi Amyntas & toute ſa famille; mais Alexandre eut l'adreſſe de gagner ceux d'entre les Perſes qui furent envoiez pour la recherche de ces meurtres, en leur faiſant de riches preſens, & donnant ſa ſœur Gygée en mariage à Bubarés l'un des principaux d'entre eux.

V. On ſait que les Lacedemoniens, ſelon les loix de Licurgue, avoient touchant les femmes des coutumes toutes differentes de celles des autres Grecs: les filles alloient le viſage découvert, s'exerçoient publiquement à la courſe, à la lutte, au palet, à lancer des javelots; & cela afin que leurs corps s'étant fortifiez par ces ſortes d'exercices, les enfans qu'elles auroient, participans au temperament de leurs meres, fuſſent robuſtes & vigoureux. Les femmes mariées alloient voilées par la ville,& ne ſe montroient point aux hommes. Les Lacedemoniens diſoient qu'ils en uſoient ainſi, parceque les filles cherchoient des maris, & que les femmes mariées ne penſoient qu'à ſe conſerver les leurs.

VI. Ce qu'on appelloit *conclave* étoit encore un lieu ſecret & qu'on fermoit à clef ſelon Donat: ce nom ſe prenoit auſſi pour un quartier de maiſon diviſé en pluſieurs chambres fermées à clef, qui répondoient à la ſale à manger: *conclave* ſe prend auſſi dans une ſignification plus generale, pour un lieu renfermé. C'eſt ainſi que l'a pris Ciceron quand il dit que le *conclave* où Scopas donnoit à ſouper tomba ſur les convives: Quintilien & Valere Maxime qui rapportent la même hiſtoire, au lieu de *conclave*, ſe ſervent du mot de Triclinium.

Donner le plan & la forme d'une maiſon & de tous les appartemens, c'eſt ce qu'on ne peut faire ſans riſque de ſe tromper. Il paroit même certain, que tout de même qu'aujourd'hui les diſpoſitions des maiſons étoient differentes: chacun les faiſoit à ſa fantaiſie.

---

in ſe immittere Perſæ tentarent, ſtatim illos confoderent. Rem ut juſſi fuerunt illi exſequuti, necati Perſæ, ſervique illorum pariter omnes conciſi ſunt. Hinc certe regis Amyntæ ejuſque familiæ pernicies conſequutura erat. Sed Alexander eos qui de nece Perſarum perquiſitum venerant arte ad ſuas partes deduxit, tum multa oblata pecunia, tum etiam ſorore ſua Gygæa Bubari uni ex inquiſitoribus in conjugem data.

V. Lacedæmonii, ſecundum Lycurgi leges, contrariam cæteris Græcis circa mulieres conſuetudinem ſervabant. Virgines detecta facie ibant,atque in curſu, lucta, diſco, telorum jactu publice exercebantur; ut fortiora his exercitiis facta corpora, filios parerent robuſtiores. Mulieres tamen nuptæ velatæ incedebant, nec virorum conſpectui patebant. Se vero ita agere Lacedæmonii dicebant, quia virgines viros quærebant; conjugatæ vero id unum curabant, ut ſuos ſervarent conjuges.

VI. Quod conclave vocabatur erat etiam locus ſecretior obſeratuſque. Hoc nomen ſecundum Donatum partem quamdam domus ſignificabat, quæ multis cubiculis obſeratis conſtabat, unde erat in triclinium tranſitus. Conclave etiam generatim accipitur pro clauſa quapiam cella vel loco: atque hoc ſenſu Cicero hac voce utitur cum dicit lib. 2. de oratore: *Conclave illud ubi epulabatur Scopas, concidit.* Quintilianus & Valerius Maximus qui eamdem hiſtoriam referunt, non conclave, ſed triclinium vocant.

Domus cujuſpiam veteris ichnographiam aut conclavium omnium ſitum formamque delineare admodum difficile eſt, nec ſine manifeſto erroris periculo tentari poteſt. Certum quoque videtur illis temporibus perinde atque hodierno die non unam ſed multum diverſas fuiſſe conclavium domorum ædiumque formas: quiſque arbitratu ſuo hæc conſtruebat diſponebatque.

CHAPITRE IV.

I. *Queſtion ſi les anciens avoient des cheminées. II. Paſſage de Suetone qui ſemble prouver qu'ils en avoient. III. S'il y a eu des cheminées, elles étoient fort rares. IV. Autre queſtion, ſi les anciens avoient des vitres aux fenêtres.*

I. C'Est une grande queſtion, ſi les anciens avoient des cheminées. Vitruve ne donne point de regles pour en faire, & n'en parle en aucune maniere; on n'en a point trouvé de trace dans les anciens monumens: de là pluſieurs ont conclu qu'il n'y en avoit point du tout: & comme on ne peut nier que les anciens n'euſſent des foiers où l'on brûloit du bois; ils diſent que pour éviter la fumée, ou ils ſe ſervoient d'un certain bois dont parle Caton, qui étoit froté du marc d'huile, & qui ne fumoit point; ou s'ils étoient pauvres, ils laiſſoient les fenêtres ouvertes pour que la fumée s'en allât. Quelques-uns ajoutent qu'ils n'avoient que des foiers portatifs, tels qu'on en voit encore aujourd'hui, & que l'uſage des cheminées n'eſt venu que dans les tems bas. Pluſieurs paſſages des anciens ſemblent perſuader le contraire. Ulyſſe enfermé dans l'antre de Calypſo ſouhaittoit de voir au moins ſortir la fumée d'Itaque: cela ſe pouvoit difficilement voir, s'il n'y avoit point de cheminée. Ciceron conſeille à Trebatius d'entretenir un bon feu dans ſon *caminus*. Pour chaſſer le froid, dit Horace, il faut mettre beaucoup de bois ſur le foier: cela ſe peut-il, s'il n'y avoit point de cheminée?

II. Quand Vitellius fut élu Empereur, le feu aiant pris d'abord à la cheminée, gagna la ſalle à manger ou le Triclinium. *Nec ante in prætorium rediit, quam flagrante Triclinio ex conceptu camini.* Le dernier paſſage ſemble perſuader qu'il y avoit des cheminées; car ce feu conçu dans la cheminée ſemble marquer abſolument un tuiau de cheminée, comme ceux d'aujourd'hui: ce feu, dit-il, fut conçu dans la cheminée & paſſa de là au triclinium On en peut encore tirer une preuve du mot de cheminée, du *chiminea* des Eſpagnols, & du *camino* des Italiens. Ces mots viennent tres-aſſurement de *caminus*, & il

---

CAPUT IV.

I. Utrum veteres caminis ſint uſi. II. Locus Suetonii, quo fuiſſe caminos argui videtur. III. Camini ſi fuerint apud veteres, ii admodum rari erant. IV. An veteres vitro feneſtras clauderent.

I. Magna hodie quæſtio agitatur, num apud veteres camini fuerint necne: Vitruvius nec ſtruendi camini normam tradit, nec caminum uſpiam commemorat; in veterum monumentis nulla caminorum veſtigia relicta ſunt. Hinc plurimi concludunt nullum olim caminum fuiſſe eodem modo quo hodierni camini conſtruuntur. Cum autem negari nequeat apud Veteres focos fuiſſe in quibus ligna ponebantur comburenda; ad fumum vitandum, inquiunt, vel ligno quopiam utebantur, de quo Cato loquitur, amurca videlicet illito, quod fumum non emitteret; vel ſi pauperes ii eſſent, feneſtras relinquebant apertas ut inde fumus exiret. Addunt aliqui nonniſi mobiles focos habuiſſe ſeu vaſa igni imponendo, qualia hodieque uſurpantur, caminos autem hodiernorum ſimiles habuiſſe nullos. Sed aliquot veterum loca contrarium ſuadere videntur. Ulyſſes in Calypsûs antro concluſus fumum ex Ithaca egreſſum videre cupiebat: quod ſane difficile intelligatur, ſi nulli eſſent camini hodiernis ſimiles, qui ſupra tectum fumum emitterent. Cicero Trebatium hortatur 7. 10. his verbis, *luculento camino utendum cenſeo*. Ut depellatur frigus, inquit Horatius, multum ligni adhibendum 1. Carm. 9.

Diſſolve frigus, ligna ſuper foco
large reponens.

Quæ ſane non videntur fieri poſſe niſi adſit caminus longo tubo & canali inſtructus, qui fumum emittat.

II. Quando Vitellius imperator fuit inauguratus, inquit Suetonius cap. 8. cum ignis ſtatim caminum incendiſſet, triclinium deinde abſumſit: *Nec ante in prætorium rediit, quam flagrante triclinio ex conceptu camini.* Hoc certe loco ſuaderi videtur fuiſſe caminum illum camino hodierno ſimilem, ex conceptu namque camini dicitur conflagraſſe triclinium; quo innuitur, ni fallor, in camini tubo conceptum ignem fuiſſe, indeque in triclinium pertranſiiſſe. Poſſet fortaſſe aliud argumentum educi ex eo quod in tribus vernaculis linguis quæ ex latino derivantur, camini hodierni vetus nomen latinum retinuerint; Itali namque *camino*, Galli *cheminée*, Hiſpani *chiminea* vo-

ſemble qu'on ne puiſſe pas douter que le nom avec la choſe ſignifiée n'ait paſſé des anciens juſqu'à nous. On n'en trouve point de trace à la verité, & cela pourroit au moins faire douter ſi les anciens avoient des tuiaux de pierre ou de brique; mais ne pouvoient-ils pas avoir des tuiaux de fer ou de quelqu'autre matiere? D'ailleurs on a vu fort peu de maiſons des anciens Romains; ou pour mieux dire, on n'en a vu juſqu'à preſent que des mazures en petit nombre, où il étoit malaiſé à découvrir s'il y avoit eu des cheminées ou non. Il s'eſt conſervé juſqu'à nos jours des temples, des theatres, des amphitheatres, des thermes & d'autres grands bâtimens, quoique avec de la peine, & en bien petit nombre; mais les maiſons des particuliers, à quelques peu de mazures près, ont été détruites pour en bâtir d'autres. Il y a eu des auteurs qui ont cru que les cheminées des anciens étoient au milieu ou des chambres ou des lieux où on faiſoit du feu; fondez ſur un paſſage de Caton, qui dit qu'avant que de s'aller coucher il faut ramaſſer les charbons de tous côtez; ſi toutefois il faut entendre ainſi le mot *circumverſum* qui eſt dans le latin. Mais qui ne voit que *focus* ne ſe prend pas là pour la cheminée, mais pour le foier, dont Caton conſeille de couvrir le feu de tous côtez avant que de s'aller coucher? C'eſt ce que nous faiſons encore aujourd'hui. Un autre paſſage de Columella qu'on rapporte, eſt encore moins fort que celui de Caton; nous pouvons nous diſpenſer de le produire ici, tant il eſt foible.

III. Il ſemble pourtant qu'on ne puiſſe pas nier que les cheminées étoient rares du tems des anciens Romains. Seneque dit que de ſon tems on inventa de certains tuiaux qu'on mettoit dans les murailles, afin que la fumée du feu qu'on allumoit au bas des maiſons, paſſant par ces tuiaux, échauffât également les chambres juſqu'au plus haut étage.

IV. Les anciens avoient auſſi des fenêtres; il falloit pour les fermer des tablettes de quelque matiere tranſparente, qui les laiſſant jouir de la clarté du jour & des benignes influences du ſoleil, les garantiſſent en même tems des injures de l'air: l'invention n'en fut trouvée que bien tard; Seneque dit que ce fut de ſon tems qu'on inventa la maniere de fermer les fenêtres avec des tablettes d'une pierre qu'on appelloit *ſpeculare*. Pline le jeune ſe ſervoit de ces tablettes de pierre pour le même uſage, comme nous verrons plus bas dans la deſcription de ſa maiſon de campagne. Le

---

cant: ut retinuere nomen, formam etiam retinuiſſe videntur. Fatendum tamen nullum hactenus camini hujuſmodi repertum veſtigium fuiſſe, unde dubium ſaltem relinquatur, utrum apud veteres camini fuerint cum tubis aut ex latere aut ex lapide ſtructis: at potuere fortaſſis tubos aut ferreos aut alterius cujuſpiam materiæ adhibere. Ad hæc autem pauciſſimæ hactenus veterum ædes viſæ fuere; ſeu ut melius dicatur, rudera pauca tantum earum viſa ſunt, ubi vix poterat deprehendi utrum camini in iis fuiſſent necne. Templa quidem, theatra, amphitheatra, thermæ aliaque magna ædificia, etſi vix & parvo numero, ad noſtrum uſque ævum ſervata ſunt: domus vero privatorum ad novas ædificandas ſunt dirutæ. Scriptores quidam exiſtimarunt caminos veterum in medio cubiculorum, ſive conclavium fuiſſe, hoc nixi Catonis de re ruſtica teſtimonio: *Focum purum circumverſum antequam cubitum eat, habeat.* At quis non videat hic focum pro camino ad hodiernum morem concinnato nullo modo accipi; ſed pro ipſo foco, ut verba efferunt, cujus ignem circumquaque colligendum dicit Cato & fortaſſe operiendum, ſi vocem illam *circumverſum* ſic intelligi oporteat: quod etiam hodie in uſu eſt. Alius ex Columella locus ad eam rem comprobandam affertur, qui ſane Catonis loco longe minoris eſt momenti, ideoque nullo diſpendio prætermittitur.

III. Negari tamen non poſſe videtur caminos, ſi tamen quipiam cum tubo fuerint, admodum raros olim fuiſſe veterum Romanorum tempore. Ait Seneca epiſt. 90. memoria ſua inventum prodiiſſe, nempe *impreſſos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor, qui ima ſimul & ſumma foveret æqualiter.*

IV. Feneſtræ apud veteres erant, quamobrem neceſſe erat ut ex aliqua materia pellucida tabellas parerent, quæ luci ſoliſque radiis meatum relinquentes, ab aeris injuria tutos præſtarent. At hoc inventum non priſci ævi fuit. Ait Seneca epiſt. 90. ſuo tantum tempore inventum fuiſſe modum feneſtras claudendi cum tabellis cujuſdam lapidis cui nomen ſpeculare: quibus tabellis lapideis Plinius junior in villa ſua uſus eſt, ut infra videbitur in iſtius villæ deſcriptione: vi-

verre étoit en uſage depuis longtems, on en faiſoit des vaſes, des taſſes & des gobelets; quoi de plus facile que d'en faire des vitres? Cependant l'uſage des vitres n'a jamais été dans tout le tems de la belle antiquité: ç'a été juſqu'à preſent le ſentiment des plus habiles Antiquaires; neanmoins j'apprens que M. le Senateur Buonaroti de Florence vient de faire un livre où il prouve que l'uſage des vitres eſt des anciens tems. C'eſt un tres-habile Antiquaire, qui n'aura pas avancé cela ſans preuves. Ce livre me doit être envoié de Rome; je trouverai ſans doute quelque occaſion d'en parler dans la ſuite de cet ouvrage.

Ce ne fut, comme nous venons de dire, que du tems de Seneque qu'on commença à mettre aux fenêtres de certaines tablettes de pierre tranſparente qui s'écailloit aiſement & qui ſe fendoit en pieces larges & minces. On les prenoit d'abord dans l'Eſpagne citerieure du côté de Segobrige, dit Pline. On en trouva depuis en Cypre, dans la Cappadoce, dans la Sicile, & encore depuis dans l'Afrique. On voit encore aujourd'hui dans l'Egliſe de S. Miniat auprès de Florence, de grandes tables d'une pierre tranſparente; il n'y en a qu'une à chaque fenêtre, qui la ferme entierement. On ne la voit pas d'aſſez près pour juger ſi elle eſt d'albâtre; je ſuis perſuadé que ſi on tailloit en tables minces la colonne d'albâtre qui eſt dans la Bibliotheque Vaticane, ces tables ſeroient preſque tranſparentes comme le verre. C'eſt de ces ſortes de pierres de Cappadoce dont Neron bâtit un temple dans ſa maiſon dorée, où l'on voioit fort clair en plein jour ſans qu'il y eut aucune fenêtre. Outre ces tablettes de pierre tranſparente, les anciens ſe ſervoient au lieu de vitres, de voiles ou de pieces de toiles, comme pluſieurs font encore aujourd'hui. Les anciens ſeparoient quelquefois leurs fenêtres en deux.

---

trum tamen a multis jam ſæculis tunc in uſu erat, ex eo conficiebantur calices, pocula & vaſa: quid facilius eſſe videbatur quam vitreas parare feneſtras? attamen vitrum ad eam rem non fuit uſurpatum toto elegantis illius antiquitatis tempore. Hæc fuit hactenus opinio eruditorum omnium, qui de re antiquaria ſcripſerunt. Sed nuper audivi V. Cl. Bonarotam Senatorem Florentinum librum edidiſſe, in quo probat vitreas feneſtras antiqui fuiſſe uſus. Qui vir inter eruditiſſimos computandus, id non ſine auctoritate & exemplis affirmaverit. Eum librum in dies exſpecto Roma tranſmittendum: quem ubi nactus fuero, aliquam ejus commemorandi occaſionem in operis hujus decurſu reperiam.

Senecæ tantum ut diximus tempore, feneſtris aptatæ ſunt tabellæ ex lapide quodam pellucido, qui facile ſecabatur in tabulas tenues ſimulque latas. Primo hi lapides in Hiſpania citeriori prope Segobrigam accipiebantur, inquit Plinius cap. 33. lib. 22. deindeque alii reperti fuere in Cypro, in Cappadocia, in Sicilia, & ſub hæc etiam in Africa. Florentiæ in eccleſia ſancti Miniatis feneſtræ ſunt, in quibus vitri loco tabulæ ex alabaſtrite, aut ex lapide pellucido, quarum ſingulæ ſingulas feneſtras occupant; ſi in tabulas ſecta eſſet columna illa ex alabaſtrite, quæ in bibliotheca Vaticana viſitur, ea vitri inſtar pellucida foret. Ex hujuſmodi pellucidis lapidibus Nero templum in domo ſua aurea ſtruxit, in quo interdiu nullæ licet feneſtræ eſſent luce fruebantur, qui intus incluſi erant. Præter tabulas illas lapideas, veteres telis feneſtras claudebant, ut hodieque fit quibuſdam in locis. Veteres feneſtras ſuas ſeparabant in duas ſaltem portas, hinc bifores feneſtræ apud Ovidium.

CHAP.

CLEFS

N. Cabinet



N. Cabinet

N. Cabinet



N. Cabinet



Thiroux



Thiroux



Ch. Fontaine



La Chausse

Ste Genevieve



Ste Genevieve



Ste Genevieve

Ste Genevieve



N. Cabinet

CHAPITRE V.

I. Les portes des anciens. II. Les clochettes qu'on mettoit aux portes. III. Les lits.

I. LEs portes ſont ſans doute auſſi anciennes que les maiſons : il ſeroit donc inutile de rechercher leur origine, les maiſons étant apparemment auſſi anciennes que le monde. Nous ne nous arrêterons pas non plus à chercher l'étymologie de θύρα & de πύλη ; ni celle de *porta* & de *janua*, mots dont les Grecs & les Latins ſe ſervent pour ſignifier une porte. Ces étymologies ſont la plûpart incertaines, & ne ſervent qu'à groſſir inutilement un diſcours. Selon Iſidore, quand les portes ſe plioient en deux, on les appelloit *valvæ*. Il y avoit des portes de devant & des portes de derriere : ces portes de derriere ſont appellées par Ciceron *pſeudothyra* des fauſſes portes. Ces portes étoient ordinairement ſoûtenues ſur des jambages de bois, qu'on appelloit en grec παραστάδες & en latin *poſtes* : la porte étoit attachée par les gonds à l'un de ces jambages ; à l'autre étoit la gâche où entroit le pêne. On croit qu'il y avoit ſouvent pluſieurs pênes dans une même ſerrure. Cette ſerrure étoit ordinairement amovible comme nos cadenas : il y avoit des chaines qui ſervoient à la ſerrure tout de même qu'il y en a qui tiennent à certains cadenas qui ont pris de là leur nom. Il nous reſte aujourd'hui tres-peu de ſerrures anciennes ; je n'en ai point encore vu d'antiques, hors celles que nous avons remarquées ci-devant ſur les ſcrinions qui n'aident qu'à en connoître un peu la forme exterieure ; mais il nous reſte un grand nombre de clefs, la plûpart de bronze, ſur les dens deſquelles on peut juger à peu près de la forme interieure des ſerrures. PL. LIV.

Parmi les clefs que nous donnons, on en remarque pluſieurs qui ont l'anneau fait comme pour le mettre au doigt. De-là Lipſe & d'autres ont inferé, que ces clefs ſervoient d'anneaux à ſeeller, ou de cachets ; mais Beger a prétendu que de toutes ces clefs il n'y en a pas une qui ait pu ſervir de bague, comme il eſt aiſé de voir par leur forme : cependant une clef de nôtre cabinet, qui m'a été donnée depuis peu, a certainement pu ſervir à l'un & à l'autre uſage, au jugement de tous ceux qui la voient : nous en donnons ici la forme. Il y a deux de ces clefs qui ont la forme des paſſepartout. Dans une de celles qu'a

CAPUT V.

I. Januæ veterum. II. Tintinnabula januis appenſa. III. Lecti.

I. JANUÆ ejuſdem haud dubie vetuſtatis ſunt atque domus ipſæ : inutile igitur foret eorum originem perquirere, quando ædes & domus ab initio mundi inventæ ſunt. Etymologiam vocum θύρα & πύλη, vel porta atque janua, inveſtigare non licet : hæ quippe etymologiæ, magna parte incertæ ſunt, ſæpeque nihil aliud præſtant, quam quod verba nullo frutu multiplicentur. Secundum Iſidorum quando portæ plicabantur, eæ tunc valvæ nominabantur. Erant vero fores ſeu portæ anteriores & portæ poſteriores : poſteriores portæ a Cicerone vocantur pſeudothyra *falſæ portæ* : illæ vero portæ vulgo poſtibus hærebant, quos Græci παραστάδας vocant. Alteri ex poſtibus per cardines hærebat janua ; alteri vero lamina illa perforata in qua ſeræ peſſulus inſerebatur : plures aliquando eadem in ſera peſſulos fuiſſe creditur. Sera ut plurimum mobilis erat, & amovebatur ut eæ ſeræ quas vocamus *cadenas*. Catenæ quædam ſeris hærebant ; quemadmodum hodieque in nonnullis hujuſmodi ſeris, quas *cadenas* appellamus, quæ ex catenis nomen ſumſiſſe videntur. Paucæ admodum ſeræ veteres hodie ſuperſunt : nullas vidi hactenus antiquas ſeras præter eas quas in ſcriniis ſupra obſervavimus, quæ formam tantum exteriorem ſerarum exhibent. At claves ingenti numero ſuperſunt quæ ferme omnes æneæ ſunt, ex quarum forma dentibuſque, ut vocant, interior ſerarum forma deprehendi poteſt.

Inter eas quas hic proferimus claves aliquot annulum habent quaſi inſerendum digito : unde Lipſius aliique eo inducti ſunt ut putarent claves illas annulorum obſignatoriorum loco fuiſſe ; at Begerus exiſtimat nullam ex hujuſmodi clavibus ad eam rem uſurpari potuiſſe, ut vel ex earumdem forma liquet. Attamen clavis nuper mihi dono oblata, & annuli & clavis vicem impleviſſe videtur, ut exiſtimant quotquot eam conſpiciunt : ejus hic imaginem proferimus. Ex hiſce clavibus duæ formam habent earum clavium quas vocamus *paſſe-*

Pl. LV.

données le P. Bonanni, il y a non ſeulement un trou où entroit la broche de la ſerrure, mais encore une autre broche, en ſorte que celle de la ſerrure devoit être creuſe comme un tuiau, pour recevoir la broche de la clef. Outre les ſerrures & les clefs, les anciens avoient pour les grandes portes de ces barres qu'on mettoit derriere pour plus grande ſureté, qu'ils appelloient *repagula*.

Dans la Grece les portes qui donnoient ſur la rue, s'ouvroient anciennement en dehors; c'eſt pour cela que dans les auteurs comiques tant Grecs que Latins, ceux qui ſortent de la maiſon, frappent avant que de ſortir, de peur que la porte en tournant dans la rue ne heurte contre quelqu'un. Mais à Rome les portes s'ouvroient en dedans; ce qui s'obſervoit auſſi en Grece dans des tems plus bas.

II. Il y avoit quelquefois aux portes des Sonnetes *tintinnabula*. Ces clochetes ſervoient auſſi à pluſieurs autres uſages: on les pendoit au cou des chevaux, des bœufs & des moutons. On s'en ſervoit encore dans les maiſons pour éveiller le matin ſelon Lucien. Ceux qui faiſoient la ronde dans les villes fortifiées, en portoient de même. On en mettoit aux portes des temples. Il s'en trouve encore à d'autres uſages chez les auteurs. Le P. Bonanni a donné quelques clochetes que nous repreſentons ici. La plus remarquable eſt celle qui a cette inſcription en mots grecs écrits en lettres latines : CHOVS ARTEMIS EPHISTION AIR MENI, qui ſe doivent lire en Grec de cette maniere: χῦς, Ἄρτεμις, ἥφαίστιον, ἀὴρ μένει.

Humus, *diana*, *ignis*, *aer manet.*

Le P. Bonanni croit que cela marque les quatre élemens; il y a grande apparence que c'eſt cela qu'on a voulu ſignifier, quoiqu'il paroiſſe aſſez difficile de donner raiſon pourquoi on a mis Diane pour l'eau.

III. Le lit à coucher étoit ce que Ciceron appelle *lectus cubicularis*, pour le diſtinguer de *lectus tricliniaris* & de pluſieurs autres ſortes de lits. Les Grecs l'appelloient κλίνη, κοίτη; c'étoient les noms les plus communs; ils en avoient encore d'autres moins uſitez. Les lits des anciens étoient ſimples; mais dans la ſuite des tems, le luxe & la magnificence ſe montrerent dans les lits comme dans tout le reſte. On en faiſoit dont toute la ſtructure étoit d'argent; tels étoient ceux d'Heliogabale. Les Perſes, dit Xenophon, avoient des lits

---

partout. In aliqua earum, quas poſt P. Bonannum damus, non modo foramen, in quod feræ veru intrabat; ſed etiam aliud veru, quod in eo ipſo feræ veru quaſi in tubo inſerebatur. Præter feras & claves, in uſum adhibebant veteres vectes ſeu repagula quæ portam interius firmarent.

In Græcia priſcis temporibus portæ & fores ædium exteriores, non introrſum trahendo, ſed in viam publicam pellendo aperiebantur; ideoque apud Poëtas comicos tum Græcos, tum Latinos, quoniam aliquo ex ædibus egrediente periculum erat, ne quiſpiam qui aut præteriret, aut pro foribus ſtaret, ab impulſa janua pelleretur; qui domo exibant ſolebant intrinſecus fores percutere, ne ii qui foris erant læderentur. Romæ tamen fores introrſum aperiebantur, atque etiam in Græcia poſterioribus ſæculis.

II. Januis aliquando appenſa erant tintinnabula, quæ aliis multiplicibuſque uſibus erant: collo quippe equorum, boum, oviumque appendebantur. In ædibus etiam iis veteres utebantur ut a ſomno excitarent, ut ait Lucianus. Qui in oppidis præſidio munitis vigilias luſtrarent, tintinnabula geſtabant: in templorum quoque oſtiis tintinnabula ponebantur, eaque ipſa aliis quoque uſibus deputabantur. P. Bonannus aliquot tintinnabula dedit ex Muſeo Kirkeri educta, quæ nos hic apponimus: quod aliis ſpectabilius obſervatur tintinnabulum, hanc inſcriptionem præfert vocibus græcis literiſque latinis : CHOVS ARTEMIS EPHISTION AIP MENI, quæ græce ſic legi debent, χοῦς, Ἄρτεμις, ἥφαίστιον, ἀὴρ μένει.

Humus, *Diana*, *ignis*, *aer manet.*

Putat Bonannus his ſignificari quatuor elementa: idque omnino veriſimile eſt, etſi non ſatis intelligatur cur Diana pro aqua poſita ſit.

III. Lectus cubicularis, ſic enim cubile vocat Cicero, diſtinguebatur a lecto tricliniari, & ab aliis lectorum generibus. A Græcis lectus κλίνη & κοίτη vocabatur; hæc erant vulgaria nomina: alia quoque erant minus uſitata. Priſcorum lecti ſimplices erant: inſequenti tempore in lectis ſicut in cæteris omnibus ſumtus & magnificentia oſtentabantur. Lecti adornabantur ex argento toti: tales Heliogabali Imperatoris erant. Perſæ, inquit Xenophon p. 319. lectos habebant

CLEFS ET CLOCHETES

LV. Pl. a la 106. page T. III

Bonanni

Bonanni


Bonanni

Bonanni


Bonanni

Bonanni


Bonanni


Bonanni


Bonanni


Bonanni

Bonanni


Bonanni

Bonanni


Beger


Beger


Beger


Bonanni


Bonanni

Bonanni

CHOVSARTEM
Bonanni


Bonanni


Bonanni

Tom. III 55

dont les pieds étoient d'argent; d'autres étoient ornez de pierreries, d'ivoire, d'or & d'argent, comme ceux dont parle S. Jean Chryſoſtome : leurs matelats étoient bourrez de laine, ou de plume, d'herbes ſeches & de paille; ils mettoient auſſi dans leurs lits des fourrures venues des Gaules, qu'on appelloit *Cadurcum*, nom pris du Querci où on les faiſoit : ces fourrures étoient de lin blanc comme la laine, dit Pline. Les lits étoient ordinairement élevez, en ſorte qu'on n'y montoit qu'à l'aide de quelque eſcabelle, ou banc, ou gradin. Dans les monumens qui nous reſtent, on ne voit point de rideau, & je ne trouve pas de paſſage bien clair dans les auteurs qui marque qu'il y en eut. Nous verrons plus bas des lits tels qu'ils ſe trouvent dans les anciens monumens.

argenteis pedibus. Alii erant gemmis, ebore, auro & argento exornati, ut illi de quibus Chryſoſtomus in quadam homilia ; culcitæ tomento fartæ erant, lana videlicet, aut plumis, aut herbis aridis, aut palea. In lectis etiam ponebant veſtem quamdam ſtragulam ex Gallia eductam, quam Cadurcum vocabant, nomine regionis illius, ubi hæc apparabatur ex lino inſtar lanæ candido, inquit Plinius l. 20. lecti ſublimes altique erant, ita ut nonniſi ſcamni aut ſcabelli ope conſcendi poſſent. In iis quæ ſuperſunt monumentis nullum comparet velum cubile contegens, nullumque apud ſcriptores adhuc locum animadverti ubi vela hujuſmodi commemorentur. Lectos prout in monumentis habentur infra videbimus.

CHAPITRE VI.

I. Les chaizes de differente ſorte. II. Images des chaizes. III. Les Coffres. IV. Les anciennes lampes renvoiées à la fin de cet ouvrage.

I. ON trouve dans les vieux monumens des chaizes de differente ſorte: on en voit à bras à peu près ſemblables à celles d'aujourd'hui. Outre ces chaizes à bras, il y avoit de grands tabourets ou eſcabelles, de forme aſſez differente. Tels les voit-on dans le tombeau de Ceſtius & dans un autre. Il y avoit ſelon Lampride des chaizes à porteur pour les femmes, dont les unes étoient de cuir, les autres ornées d'ivoire, & les autres argentées. Il y en avoit qui étoient toutes d'ivoire, dit Polybe, & celles-ci étoient fort eſtimées à Rome. Nous voions dans l'arc de Conſtantin, Trajan ſur une eſpece de maſſif qu'on nommoit *ſuggeſtus*, aſſis ſur un pliant ſur lequel eſt un couſſin, qui a à chaque coin la tête d'un lion repreſentée. Une chaize aſſez extraordinaire ſe trouve au *Triclinion* de S. Jean de Latran : elle eſt de nattes entretiſſues, & a un grand doſſier qui eſt vouté par le haut pour mettre la perſonne aſſiſe entierement à couvert.

Voilà les ſiéges que je crois qui étoient en uſage dans les maiſons. Perſonne n'ignore qu'il n'y avoit point ordinairement de ſiége pour s'aſſeoir à

CAPUT VI.

I. Sellæ ſeu cathedræ variæ formæ. II. Sellarum imagines. III. Arcæ. IV. Lucernæ ad operis calcem remiſſæ.

I. SELLÆ ſeu cathedræ diverſæ formæ occurrunt in marmoribus, aliquando eæ brachia, ut vocant, habent, ut hodiernæ fere cathedræ. Præter illas cathedras, aliæ ſedeculæ ſunt ſine dorſo & brachiis, variæque formæ. Tales in mauſoleo Ceſtii, in alioque ſepulcro viſuntur. Sellæ erant vehendis mulieribus ex Lampridio in Heliogabalo c. 4. quarum aliæ pelliceæ, aliæ oſſeæ, aliæ eburnatæ vel argentatæ erant. Nonnullæ etiam eburneæ totæ erant, inquit Polybius in excerpt. 121. & hæ Romæ magno in precio habebantur. In arcu Conſtantini Trajanum videmus in ſuggeſtu poſitum, ſedentemque in ſella curuli, cui ſuperponitur pulvinus leonino capite in angulis ſingulis ornatus : in triclinio S. Joannis Lateranenſis infra proferendo ſella eſt ſingularis formæ ex tegete facta : magnum imminet dorſum a parte ſuperiori apſidulæ more ſtructum; in ea ſedens mulier undique pene tegitur.

En ſellarum genera, quæ in uſu fuiſſe puto in ædibus. Ignorat nemo ſellas ſive cathedras menſis ut plurimum adhibitas non fuiſſe, convivaſque in lectis

table, & que les convives étoient à demi couchez ſur le lit; coûtume qui s'étoit introduite dans les tems poſterieurs; car du tems d'Homere & des ſiécles ſuivans, on s'aſſeioit ſur des ſiéges autour de la table comme aujourd'hui. Il y avoit encore d'autres eſpeces de ſiéges, comme le *ſeliquaſtrum*, qui étoit, à ce que l'on croit, un ſiége pour les femmes, fort ſimple dans ſa figure.

Il y avoit encore des ſiéges pour les bains, dont nous parlerons à l'article des Thermes, des ſiéges curules pour la magiſtrature & pour les Ediles, dont on voit ſouvent la forme ſur les medailles; mais rien de cela n'entre dans l'ameublement.

Pl. LVI. II. La planche ſuivante contient un tabouret, une petite chaize, un pliant de la forme des chaizes curules qu'on voit ſouvent ſur les medailles; quatre grandes chaizes dont quelques-unes approchent aſſez de la forme des chaizes d'aujourd'hui, à cela près qu'elles n'ont point de bras; deux tables dont l'une eſt à trois pieds, & l'autre à quatre. Tout cela eſt ramaſſé de differentes planches de cet ouvrage, auſſi-bien que le lit ſuivant, qui eſt un lit à coucher, de même que les deux premiers de la planche ſuivante: on en verra encore d'autres en pluſieurs endroits de cet ouvrage, ſur tout aux funerailles qui font le cinquiéme tome.

III. Les coffres nommez en latin *arcæ*, & en grec θῆκαι, entroient encore dans l'ameublement: nous en verrons la figure dans un ſepulcre. Les armoires étoient encore en uſage, quoiqu'on en trouve peu dans les anciens monumens.

IV. Nous voici arrivez aux anciennes lampes, dont on trouve une grande quantité qui font un des principaux ornemens de preſque tous les cabinets de l'Europe. On a fait de gros livres ſur les lampes. En prenant les lampes en elles-mêmes, ſans aucun rapport aux hiſtoires qui y ſont repréſentées, il n'y auroit pas grand' choſe à dire ſur leur ſujet. Comment peut-on s'étendre ſur un vaſe de terre ou de bronze, qui a un ou pluſieurs trous pour autant de meches ou lumignons, dont le feu s'entretenoit par l'huile que l'on mettoit dedans? Qu'a-t-on à dire davantage, à moins qu'on ne veuille raiſonner ſur la nature du feu & de l'huile, ſur l'operation du feu ſur l'huile, & ſur la vertu que l'huile a pour entretenir longtems le feu, comme ont fait quelques-uns, qui parlent plûtôt en Phyſiciens qu'en Antiquaires? On peut diſtinguer ces lampes en lampes d'uſage ordinaire dans les maiſons ou

---

tricliniaribus recubuiſſe: qui mos priſcorum temporum non erat: Homeri namque ævo ſæculiſque aliquot ſequentibus circum menſas ſedebatur ut hodie. Aliæ quoque erant ſellarum ſpecies ut ſeliquaſtrum, ſedeculæ genus admodum ſimplici forma, quod mulieribus in uſu erat.

De ſedibus ſelliſque marmoreis balneorum agemus ubi de thermis; de ſella curuli quæ magiſtratibus & ædilibus in uſu fuit, alius erit fortaſſe dicendi locus: ejus forma ſæpe innummis occurrit; ſed hæc in ædibus in uſu fuiſſe non videtur.

II. In tabula ſequenti ſedecula ſtatim offertur, aliaque parva cathedra, moxque alia plicatilis, ſimilis ſellæ curuli quæ ſæpe in nummis comparet; item quatuor majores cathedræ hodiernis pene ſimiles, quæ tamen brachiis carent; duæ menſæ quarum altera tribus, altera quatuor pedibus inſiſtit; hæc vero omnia ex plurimis operis hujuſce tabulis deſumta ſunt, ut & ſequens lectus, qui cubicularis eſt, quemadmodum & duo priores tabulæ ſequentis. Multi alii etiam lecti in operis decurſu conſpiciuntur; maxime vero tomo quinto de funere.

III. Arcæ quæ græce θῆκαι vocabantur in veterum ſupellectile locum habebant, unius forma in quodam ſepulcro infra obſervabitur: armaria quoque in uſu erant, etſi rariſſime occurrant in monumentis.

IV. Jam de lucernis agendum, quarum ingens occurrit copia, quæque inter præcipua Muſeorum per Europam ornamenta cenſentur eſſe. Magnæ molis de lucernis libros habemus. Si lucernæ quatenus lucernæ ſimpliciter ſunt conſiderentur, nulla habita ratione hiſtoriarum & ſchematum, quibus illæ exornantur, pauca de illis dicenda ſuppeterent. Quî enim longum ſermonem texueris de vaſculo figlino, aut æneo, in quo unum plurave ellychnia, cujuſque flamma infuſo oleo alitur? Quid tantum ultra dixeris, niſi de natura ignis & olei, deque operatione ignis in oleum, de virtute olei ad ignem diu alendum ratiocinari velis, ut quidam fecere, quos Phyſicos potius dixeris, quam antiquarios? Lucernæ diſtingui poſſunt in eas quæ in domibus & in templis in uſu erant, & in eas quæ in ſepulcris condebantur; quas

MEUBLES

LVI. *Pl. a la 108. page T.* III















dans les temples, & en lampes ſepulcrales. Il eſt aſſez ſouvent malaiſé de diſtinguer les unes des autres. De ces lampes tant ſepulcrales que d'uſage ordinaire, il y en a de ſimples qui n'ont que peu ou point d'ornement; d'autres de pur caprice, dont quelques-unes ſont extrémement bizarres; d'autres enfin hiſtoriées, où l'on voit des divinitez, des fables, & quelquefois des hiſtoires veritables. Nous traiterons de toutes ces lampes dans un livre entier au cinquiéme tome de cet ouvrage, où nous agiterons de nouveau la queſtion, s'il y a eu de lampes qui ne s'éteigniſſent jamais.

---

tamen internoſcere, & cui ex iis uſibus addictæ fuerint cognoſcere difficillimum ſæpe eſt. Sunt aliæ lucernæ ſimplices, quæ vel nullo vel modico ornamento decorantur; aliæ commenta ſunt artificum, quæ inſolitas & aliquando portentoſas exhibent imagines; aliæ demum numina fabulaſque exhibent, & nonnunquam, ſed rarius, hiſtorias veras. Hæc omnia lucernarum genera ſimul afferemus, libroque integro explicabimus tomo quinto, ubi denuo quæſtionem illam agitabimus, utrum lucernæ unquam inexſtinguibiles fuerint.

CHAPITRE VII.

I. La table; on s'aſſeioit anciennement à table comme aujourd'hui. II. Pourquoi les anciens introduiſirent-ils la coutume de ſe coucher pour manger; magnificence des lits de table. III. Images des anciens triclinions avec des tables. IV. Le nombre des convives. V. Les ſervietes.

I. DANS les plus anciens tems on s'aſſeioit à table comme aujourd'hui; chacun avoit ſon ſiege ſeparé. Homere nous dépeint toujours les gens aſſis autour d'une table. Quand Ulyſſe arrive au palais d'Alcinoüs, ce Prince lui fait donner une chaiſe magnifique, & oblige ſon fils Laodamas à lui faire place: dans les autres endroits où Homere parle de feſtins, il fait aſſeoir les convives. Les Egyptiens, dit Apollodore dans Athenée, s'aſſeioient à table dans les anciens tems, & vivoient fort frugalement. On s'aſſeioit de même à Rome juſqu'à la fin de la ſeconde guerre Punique, qu'on commença à ſe coucher pour prendre le repas.

II. Comme on mange bien plus aiſement aſſis que couché, & qu'on a ſur une chaiſe bien plus de commodité pour atteindre à tous les côtez d'une table, les bras plus libres, le corps plus diſpoſé à recevoir les alimens: on cherche une raiſon pourquoi les Romains & les autres nations changerent cette ancienne maniere de prendre leur repas en une autre bien plus incommode & plus gênante; & cela dans un tems où Rome degenerant de ſon

---

CAPUT VII.

I. De menſa: ad menſam olim ſedebatur ut hodieque. II. Cur veteres recumbendi morem ad cibum ſumendum invexerint: lectorum magnificentia. III. Veterum tricliniorum cum menſis imagines. IV. Convivarum numerus. V. Mantilia.

I. PRISCIS temporibus ad menſam ſedebatur ut hodierno tempore: ſuam ſinguli ſeparatam ſedem habebant. Homerus ſemper convivas circum menſam ſedentes exhibet. Cum Ulyſſes in Alcinoi ædes advenit, ſellam ipſi magnificam admoveri, & Laodamantem locum ipſi dare jubet Alcinoüs: in aliis quoque locis omnibus ubi de convivio agitur, ſedentes ſemper convivæ fuiſſe dicuntur.

Ἐξείης ἕζοντο κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε.
I. einceps ſederunt in ſellis & ſoliis.

Ægyptii, inquit Apollodorus apud Athenæum lib. 5. priſcis temporibus ad menſam ſedebant, frugaliterque vivebant. Eodem quoque modo Romæ ſedebatur uſque in finem ſecundi belli Punici, quo tempore recumbendi ad menſam uſus invectus eſt.

II. Cum autem longe facilius commodiuſque ſit ſedentem edere quam recumbentem, cumque opportunius is qui ſedet quæ vult in menſa contingat & carpat, quam is qui recumbit, brachiis liberioribus corporeque ad recipiendum cibum melius compoſito; quæritur cur Romani priſcum cibi capiendi modum in alium minus commodum commutaverint; idque eo tempore quo Roma a priſca frugalitate deflectens,

ancienne ſimplicité, commençoit à s'adonner au luxe & à la volupté; en quoi elle ſurpaſſa bientôt toutes les autres nations, même les plus molles & les plus effeminées. Je ne voi point de raiſon plus plauſible de ce changement, que celle qu'apporte Mercurialis, qui eſt que les anciens commencerent à manger couchez lorſque l'uſage des bains devint plus frequent. Ils s'accoutumerent donc à ſe baigner devant le ſouper; du bain ils alloient au lit, où ils ſe faiſoient apporter à manger: inſenſiblement cette coutume de manger ſur des lits s'établit à Rome & dans tout l'Empire Romain: elle étoit pourtant déja ancienne dans la Grece. Dans la ſuite du tems le luxe des Romains ſe montra non ſeulement dans la ſomptuoſité des feſtins, mais auſſi dans la magnificence des lits: Heliogabale en avoit d'argent maſſif tant pour la chambre à coucher que pour la table. Nous verrons plus bas des deſcriptions de ces lits ſuperbes.

III. Il ne nous reſte guere de monumens de feſtins où les gens mangent aſſis; tous preſque y paroiſſent couchez: on en voit quelquefois où l'homme eſt couché, & la femme aſſiſe au bout du lit les pieds ſur terre: mais l'ordinaire eſt que tous, tant hommes que femmes, ſont ſur le lit à demi couchez. On trouve un grand nombre d'images où il n'y a que le mari & la femme couchez; cela repréſente un repas ordinaire de famille; & dans
Pl. les ſepulcres cela repréſente les *cœnæ ferales* ou les repas des funerailles. Dans
LVII. le monument de l'Hôpital de S. Jean de Latran, quoiqu'il n'ait que l'homme & la femme, le repas ſe paſſe en grande ceremonie: il y a quatre ſervantes, dont l'une porte un plat, l'autre une bouteille & une taſſe; une troiſiéme couronnée de fleurs porte deux grands vaſes. Il y en a encore une autre aſſiſe dans une grande chaiſe compoſée de nattes entretiſſues, dont le doſſier ſe termine en coquille; elle joue de la guitarre pendant le repas. On y voit encore quatre petits enfans pour le ſervice, dont deux ſont nus. Dans ces lits à deux perſonnes l'homme qui eſt du côté du chevet eſt ordinairement accoudé ſur l'oreiller. Au lit qui eſt à côté de cette image on voit un homme à demi couché, & une femme aſſiſe; la table ronde a trois pieds; il y a deux femmes pour le ſervice.

IV. La veritable maniere des feſtins, dit Varron dans Aulugelle, eſt que les convives ne ſoient jamais moins de trois, & qu'ils n'excedent pas le nombre de neuf. Capitolin rapporte de l'Empereur Lucius Verus, qu'il fut

---

luxui voluptatique ſe dedere incipiebat, qua in re cito nationes omnes ſuperavit, etiam eas quæ aliis delicatiores mollioreſque cenſebantur. Illius mutationis veriſimiliorem cauſam non video ea, quam attulit Hieronymus Mercurialis; nempe tum veteres decumbere ad cibum ſumendum cœpiſſe, cum balneorum uſus frequentior evaſit; ante cœnam igitur balneum adire ſoliti, ex balneo in lectum concedebant, illoque cibum afferri curabant; mos ille ſenſim Romam & in Romanum imperium inductus eſt: qui mos tamen in Græciam diu antea invectus fuerat. Inſequenti tempore non conviviorum modo lautitia ingentibuſque ſumtibus, ſed etiam lectorum magnificentia Romani inſignes fuerunt: Heliogabalus lectos ex argento ſolido habuit, non cubiculares modo, ſed etiam tricliniares: hujuſmodi lectorum deſcriptionem mox videbimus.

III. Pauca ſuperſunt ſchemata ubi convivæ ſedeant, in omnibus ferme iidem decumbunt: aliquando tamen vir recumbens conſpicitur uxorque ad lecti pedes ſedens, ita ut pedes ejus terram contingant: ſed ut plurimum tam vir quam uxor ejus aliique convivæ recumbunt. Multæ occurrunt imagines ubi ambo conjuges recumbunt ad ſolitam cœnam. In ſepulcris hæc cœnas ferales repræſentant: quod monumentum ex noſocomio S. Joannis Lateranenſis prodiit, etſi virum tantum mulieremque exhibeat, magnum habet famulatum: quatuor hic ancillæ comparent, altera diſcum tenet, altera ſcyphum & cratera, tertia floribus coronata duo vaſa grandia: quarta in magna ſedet cathedra ex tegete ſtructa, cujus dorſum in cochleam deſinit: ea citharam pulſat. Adſtant etiam quatuor pueri famulantes, quorum duo nudi. In hiſce tricliniaribus lectis ubi duo tantum, vir nempe mulierque recumbunt, vir ut plurimum cervicali innititur. In alio tricliniari lecto e regione hujus poſito vir in lecto recumbit, mulier vero ſedet. Menſa rotunda tribus nititur pedibus; adſtant mulieres duæ miniſtrantes.

IV. Verus aptuſque conviviorum modus eſt, teſte Varrone apud Aulum Gellium 13. 11. ut convivæ nunquam pauciores ſint tribus & nunquam plures novem. De Lucio Vero ait Capitolinus ipſum primum duodecim convivarum cœnam feciſſe. In marmoribus

Boissard

Mercurialis

TABLES A MANGER

D. M.

L. STATILIO TENESIMO
TERENTIA SVCCESSA
PATRONO BENEMERENTI
F. F.

Boissard

Lambec

le premier qui fit un feſtin à douze perſonnes. Nous trouvons dans les marbres beaucoup de repas à deux, peu à trois. Il y en a un à Padoue, qui eſt fort gâté; on ne laiſſe pas de voir qu'il y avoit onze perſonnes. C'eſt dans celui-là que paroit bien clairement la forme du triclinion; c'étoient trois lits joints, dont l'un étoit comme la baſe, & les deux autres ſe joignans à celui-là faiſoient deux angles droits, & laiſſoient un eſpace entre ces lits, où l'on mettoit la table; l'entrée en étoit libre aux ſerviteurs, parceque cet eſpace n'étoit point fermé d'un côté. La table eſt ici entierement gâtée; un des ſerviteurs tient une corne de bœuf, vaiſſeau à boire fort en uſage dans ces anciens tems. Dans ces grands triclinions le côté qui regardoit la table étoit relevé par des couſſins ou autrement, afin que les convives puſſent s'y appuier.

V. En certains repas chacun apportoit ſa ſerviete. De ces ſervietes il y en avoit qui étoient de toile d'or, comme celles dont ſe ſervoit Heliogabale: mais Alexandre Severe ſon ſucceſſeur, prince moderé, n'en avoit que de toile ſimple, ou tout au plus de toile raiée de jaune. Ils avoient auſſi des eſſuimains de toile, & quelquefois de laine, comme Trimalchion, qui ne s'eſſuioit point avec du linge, mais avec des manteaux d'une laine fort douce. Leurs nappes étoient de toile; Heliogabale en avoit de toile peinte, & Gallien ſe ſervoit toujours de nappes d'or, dit Trebellius Pollion, c'eſt-à-dire de drap d'or. Des tables que nous voions ſur les vieux marbres, il y en a de rondes, d'autres quarrées, quelques-unes triangulaires; celle du Virgile du Vatican eſt en lozange.

---

duorum convivarum multa convivia, trium pauca reperimus. Eſt Patavii marmor admodum labefactatum, ubi tamen undecim convivæ numerari poſſunt. Hic autem vera triclinii forma deprehenditur: tres erant lecti juncti, quorum unus quaſi baſis erat, duoque alii huic admoti duos angulos rectos efficiebant, ſpatiumque inter lectos relinquebant, ubi menſa apponebatur. Iſtuc famuli ingredi libere poterant, quia ſpatium illud ab uno latere apertum erat. Menſa prorſus labefactata eſt: ex famulis unus cornu bubulum tenet, quod poculi genus frequentis tunc uſus erat. In majoribus illis tricliniis pars illa lectorum quæ menſam reſpiciebat, pulvinis aliiſve adminiculis inſtructa paulo altior erat, ut poſſent convivæ cubito inniti.

V. In conviviis quibuſdam quiſque mantile ſuum afferebat: mantilia aliquando aureis filis contexta erant ut Heliogabali mantilia. Verum Alexander Severus ejus ſucceſſor, princeps temperans ac modeſtus, lintea ſimpliciaque mantilia habuit, cocco clavata: ad manus etiam abſtergendas lineis ſæpe mantilibus utebantur, aliquando etiam laneis ut Trimalchio qui *non lineis tergebatur ſed palliis ex molliſſima lana factis.* Mappæ etiam linteæ erant: Heliogabalus ex depicta tela habuit, Gallienus aureas id eſt auro textas mappas uſurpabat, inquit Trebellius Pollio. Ex iis menſis quas in marmoribus conſpicimus, aliæ rotundæ, aliæ quadratæ ſunt, aliæ triangulares: ea quæ ex Virgilio Vaticano educta eſt, rhombi formam habere videtur.

CHAPITRE VIII.

I. Triclinions en forme de croiſſant ; II. Appellez Sigma, & pourquoi. III. Triclinion de l'Empereur Maxime. IV. Triclinion de l'Empereur Majorien. V. Autres images de triclinions.

I. IL y avoit auſſi des triclinions ou des lits pour le repas, en demi cercle & en forme de lune, c'eſt-à-dire d'un croiſſant. Tel eſt celui du roi Pharaon, tiré d'un manuſcrit de la Bibliotheque de l'Empereur, du quatriéme ou cinquiéme ſiecle. Nous le repréſentons ici, quoique d'un deſſein fort groſſier. Le copiſte a ſans doute fait un triclinion à la maniere de ſon tems. Le triclinion en forme de croiſſant eſt couvert d'une eſpece de matelas ou d'eſtrade & orné de certains floccons de diſtance en diſtance. Il y a trois convives ; le Roi qui fait le quatriéme, occupe la droite. Le triclinion du côté de la table eſt relevé, afin que les convives puiſſent s'y appuier. La table longue & étroite eſt aſſez éloignée du triclinion. Une cuiſiniere paroit diſtribuer dans quatre plats les portions pour les quatre convives : deux échanſons donnent à boire ; un autre paroit derriere les convives le pot à la main. Toute la ſymphonie conſiſte en une joueuſe des deux flutes.

II. Cette maniere de triclinion eſt appellée *Sigma* dans Martial, qui dit que le Sigma n'admet que ſept perſonnes, & dans Spartien, qui raconte qu'Heliogabale invitoit huit perſonnes à manger, afin que ne ſe trouvant place que pour ſept, cela apprêtât à rire à la compagnie. Varron dit dans Aulugelle, que le nombre des convives doit commencer par trois, qui eſt le nombre des Graces, & finir par neuf, qui eſt celui des Muſes. S. Paulin l. 3. de la vie de S. Martin, dit que le triclinion s'appelle *Sigma*, parcequ'il a la forme de la lettre greque ſigma, qui eſt la même que le grand C latin.

III. Les auteurs de la vie de S. Martin décrivent l'ordre du feſtin que l'Empereur Maxime lui donna. A la corne droite du C étoit couché l'Empereur Maxime, à la corne gauche le Conſul Evodius, & entre eux étoient placez les plus grands de la Cour, au milieu deſquels étoit un prêtre de la

---

CAPUT VIII.

I. Triclinium lunæ creſcentis more. II. Sigma vocatum, quare. III. Triclinium imperatoris Maximi. IV. Triclinium imperatoris Majoriani. V. Aliæ tricliniorum imagines.

I. TRICLINIA etiam ſive lecti tricliniares ſemicirculares erant, vel qui bicornem lunam referrent. Talis eſt tricliniaris lectus Pharaonis regis ex manuſcripto bibliothecæ Cæſareæ eductus, & quarto quintove ſæculo ſcriptus. Hoc ſchema in tabula repræſentamus, etſi barbarum oleat ſæculum : triclinium Librarius depinxit quale ſuo tempore in uſu erat : bicornem illud refert lunam, & opertum eſt ſtrato quopiam ſeu matta : flocculis hinc & inde exornatum. Tres ſunt convivæ : quartus ipſe rex eſt, dexterumque tenet cornu ; latus illud quod menſam reſpicit altius eſt ut poſſint convivæ cubito inniti : menſa vero oblonga & anguſtiſſima a triclinio ſat remota eſt. Coqua in quatuor lances quatuor convivis edulia diſtribuere videtur : pocillatores duo potum miniſtrant ; alius a tergo convivarum lagenam tenet. Hic mulier duplici ludens tibia conſpicitur.

II. Hic triclinii modus ſigma vocatur apud Martialem, qui ait ſigma ſeptem tantum convivas admittere. 10. 48.

Septem ſigma capit : ſex ſumus, adde Lupum.

Et apud Spartianum in Heliogabalo cap. 29. ubi narratur ipſum ſæpe octo convivas ad cœnam rogaſſe, ut cum capi non poſſent uno ſigmate, de his omnibus riſum moveret. Varro apud Aulum Gellium 13. 11. ait numerum convivarum a tribus incipere debere, qui Gratiarum eſt numerus, & in novem deſinere, qui numerus eſt Muſarum. S. Paulinus in vita S. Martini lib. 3. triclinium ſigma vocari ait, quia formâ refert ſigma græcam literam C latino ſimillimam.

III. Vitæ S. Martini ſcriptores imperatoris Maximi convivium ad quod vocatus S. Martinus fuit deſcribunt. In dextero cornu ſigmatis recumbebat imperator Maximus, in ſiniſtro Evodius Conſul, inter quos erant aulæ imperatoriæ optimates, in eorumque

compagnie

TRICLINIA ET TABLES A MANGER

Spon



Spon



Spon

Mr. des Monceaux

compagnie de S. Martin. S. Martin n'étoit pas couché comme les autres, mais aſſis à la droite de l'Empereur.

IV. Cela ſe confirme encore par le récit que Sidonius Apollinaris fait du repas de l'Empereur Majorien; où le même Sidonius, qui n'étoit pas encore Evêque, mais Comte Palatin, ſe trouva. Ce feſtin ſe fit au jour des jeux du Cirque : Severin Conſul ordinaire occupoit la corne gauche du triclinion ou *ſtibadion*; auprès de lui étoit Magnus Exprefet & Exconſul; le ſuivant étoit Camillus ſon neveu; le quatriéme Pœonius; le cinquiéme Athenius; le ſixiéme Gratianenſis; le ſeptiéme étoit Sidonius Apollinaris, qui ſe trouvoit ainſi à la gauche de l'Empereur Majorien, lequel occupoit la corne droite du lit. Il paroit que dans ces feſtins du bas Empire la plus digne perſonne, ou l'Empereur s'il y étoit, occupoit la corne droite, qui étoit la place d'honneur, & que la corne gauche étoit pour le ſecond en dignité.

V. Aux deux lits ſuivans l'homme & la femme ſont à demi couchez. Au triclinion tiré de l'ancien Virgile du Vatican, il y a trois perſonnes à demi couchées, auxquelles le copiſte qui étoit apparemment Chrétien, a fait autour de la tête des cercles lumineux tels qu'on les fait autour de la tête de nos Saints. Deux des convives portent des bonnets Phrygiens. La table paroit être en lozange. L'image ſuivante repréſente deux hommes à demi couchez ſur un lit, & une femme aſſiſe ſur une eſcabelle. Il y a pour le ſervice quatre femmes, un homme nu, & un petit garçon auſſi nu. Ce qu'il y a de ſingulier, & dont il ſeroit difficile de donner raiſon, c'eſt qu'un cheval qui montre ſa tête à une fenêtre ſemble regarder les convives. PL. LVIII.

---

medio presbyter ex ſociis S. Martini. Martinus non recumbebat ut alii, ſed a dextris imperatoris ſedebat.

IV. Hic ordo etiam confirmatur ex narratione Sidonii Apollinaris lib. I. epiſt. II. ubi convivium Majoriani imperatoris deſcribitur, cui adfuit ipſe Sidonius nondum epiſcopus, ſed comes Palatinus. Convivium ludis circenſibus celebratum eſt. Severinus conſul ordinarius cornu ſiniſtrum triclinii aut ſtibadii occupabat, prope illum Magnus expræfectus & exconſul : ſequens erat Camillus fratris Magni filius; quartus Pœonius, quintus Athenius, ſextus Gratianenſis, ſeptimus Sidonius Apollinaris, qui ſic a ſiniſtris Imperatoris erat. In his, ut videtur, conviviis infimo imperii ævo qui cæteris dignitate præibat, ſive Imperator ipſe ſi adeſſet, cornu dextrum occupabat, qui locus honoris erat, cornuque ſiniſtrum illi dabatur qui ſecundas dignitate tenere cenſebatur.

V. In duobus ſequentibus lectis vir atque mulier conjuges, ut putatur, recumbunt in triclinio, quod ex veteri Virgilio Vaticano eductum eſt : tres accumbentes perſonæ viſuntur, quibus Librarius, qui ut videtur, Chriſtianus erat, circum capita nimbos delineavit ſeu luminoſos circulos, quales videmus capitibus ſanctorum appictos. Ex convivis duo tiaras habent Phrygias : menſa videtur eſſe rhombi formâ. Schema ſequens viros duos recubantes repræſentat mulieremque in ſcabello prælto ſedentem. Ad miniſtrandum adſunt mulieres quatuor : vir nudus, puerulusque etiam nudus : quod hic ſingulare obſervatur, equus per feneſtram convivas reſpicere videtur.

CHAPITRE IX.

I. Grand feſtin décrit par Herodote. II. Les feſtins des Egyptiens ſelon Herodote. III. Les mêmes feſtins décrits par Athenée : feſtins ſinguliers des Gaulois. IV. Deſcription de feſtins magnifiques par Philon. V. Les tables changées à chaque ſervice.

I. CE que nous venons de dire ne regarde que l'ordre, la forme des lits & des tables; parlons préſentement de la magnificence des grands feſtins, où ſe faiſoient des dépenſes extraordinaires. Les Grecs en faiſoient de fort magnifiques, & où il y avoit un fort grand nombre de perſonnes. Un des plus memorables eſt celui que décrit Herodote, qui dit l'avoir appris de Therſandre l'un des convives. Ce repas fut donné par Attagine Thebain peu de jours avant la bataille de Platées : il y invita Mardonius & les principaux d'entre les Perſes juſqu'au nombre de cinquante : il y avoit cinquante de ces lits de table; ſur chacun des lits étoient couchez un Perſe & un Grec; ce qui faiſoit en tout le nombre de cent convives. Cela fait voir que l'uſage de ſe coucher pour prendre le repas étoit bien plus ancien chez les Grecs que chez les Romains. Il falloit qu'une ſalle fût de grandeur énorme, pour contenir tant de lits, outre leſquels il falloit un grand eſpace pour les tables & pour les autres meubles, & pour laiſſer le mouvement libre à un grand nombre de gens neceſſaires pour le ſervice.

II. Les Egyptiens, dit Herodote, ont du pain d'épautre, & du vin fait avec de l'orge; c'étoit une eſpece de biere : ils mangent les poiſſons crus ou ſechez au ſoleil, ou marinez : ils mangent auſſi les cailles, les canards & d'autres plus petits oiſeaux tous crus, mais après les avoir ſalez. Il y a d'autres poiſſons & d'autres oiſeaux qu'ils mangent cuits, ou rôtis ou bouillis. Chez les riches à la fin des grands repas, quelqu'un porte une biere d'une ou de deux coudées de long, dans laquelle eſt en bois la figure d'un corps mort; il paſſe devant tous les convives, & leur dit : Regardez celui-ci, mangez, réjouiſſez-vous, vous ſerez un jour comme lui. C'étoient là les plus anciennes coutumes, qui changerent bien depuis ce tems-là.

CAPUT IX.

I. Convivium magnum ab Herodoto deſcriptum. II. Convivia Ægyptiorum ex Herodoto. III. Eadem convivia ex Athenæo : convivia Gallorum ſingularia. IV. Deſcriptio convivii ſumtuoſi ex Philone. V. Fercula, menſæ mutatæ cum cibis.

I. QUÆ hactenus diximus, convivii ordinem formamque lectorum reſpiciunt, jam de magnificis quibuſdam conviviis agendum, ubi pecuniæ multum impendebatur. Lauta ſumtuoſaque Græci convivia parabant, magno convivarum numero. Inter memorabilia computandum illud quod Herodotus 9. 16. deſcribit, aitque ſe rem a Therſandro Orchomenio, qui de convivarum numero fuerat, didiciſſe. Convivium ab Attagino Thebano datum paucis ante Platæenſem pugnam diebus. Ad cœnam ille rogavit Mardonium, & Perſarum præcipuos numero quinquaginta : totidem tricliniares lecti erant, & in quolibet bini accumbebant, Perſa nempe atque Græcus, ſicque numerus convivarum centum aderat : hinc videas uſum accumbendi in conviviis & cœnis antiquiorem apud Græcos, quam apud Romanos fuiſſe. Immanis certe amplitudinis fuiſſe oportet triclinium, ubi quinquaginta tricliniares lecti : præter lectos enim maximum ſpatium requirebatur pro menſis aliiſque convivialibus vaſis atque inſtrumentis; magnum item ſpatium tanto famulatui atque miniſtris, ut tranſitus diſcurſuſque libertas miniſtrantibus daretur.

II. Ægyptii, inquit Herodotus 277. pane utuntur ex olyris, ſeu ex zea confecto, & vino hordeaceo, piſces crudos edunt, ſeu ſole exſiccatos, ſeu ſalſugine condîtos : coturnices item, anates, aliaſque minores aves crudas comedunt, ſed conditas ſale : alias autem aves coctas comedunt, aut aſſas aut elixas. In divitum ædibus in fine conviviorum, quiſpiam loculum affert cubitalem aut bicubitalem, in quo lignea mortui figura, & ante convivas omnes illum circumferens dicit : *In hunc intuens pota & oblectare, talis poſt mortem futurus.* Hæc antiquiſſima eorum conſuetudo ſubinde mutata fuit.

III. Les Egyptiens dans leurs grands repas, dit Athenée, n'apportoient point de tables, mais ils faiſoient porter les plats ſucceſſivement devant les convives, afin que chacun prît ce qu'il voudroit; au lieu que chez les Grecs, chez les Romains & chez pluſieurs autres nations, on apportoit les tables chargées, & on les remportoit enſuite avec les plats, pour en ſubſtituer d'autres, comme nous dirons plus bas. Les Gaulois, dit-il au même endroit, quand ils mangeoient avec le Roi, ne touchoient ni au pain, ni à aucun des mets, qu'après que le Roi y avoit touché le premier. Il raconte enſuite qu'un Gaulois nommé Ariamnus traita durant une année entiere tous les autres Gaulois qui voulurent venir manger aux tables qu'il avoit préparées ſur les chemins; & cela avec une dépenſe & une profuſion extraordinaire. Les grands Seigneurs Gaulois, dit le même auteur en un autre endroit, quand ils alloient à la guerre, amenoient avec eux des paraſites, qui mangeant à leur table chantoient les louanges de leur bienfacteur; c'étoient des poëtes qu'on appelloit Bardes.

IV. Nous avons une belle deſcription des feſtins des Romains, des Grecs, & des Barbares faite par Philon dans ſon livre *de la vie contemplative*. Il fait comme une antitheſe de l'auſterité extraordinaire des Therapeutes & du luxe ſans bornes des gens du ſiecle dans leurs feſtins. Les Grecs & les « Barbares, dit-il, imitent les Romains dans leur magnificence & dans leurs « delices. Leurs lits deſtinez aux repas ſont ornez d'écailles de tortue, d'i- « voire ou d'une matiere plus riche: les pierreries & les perles y brillent. « Les matelas ſont de pourpre, brochez d'or, & ornez de fleurs & de feuillages « de toutes couleurs: des coupes, des taſſes & des gobelets de toute eſpece s'y « voient rangez par ordre; comme auſſi des verres, des phioles, des vaſes de « Thericlès, & d'autres travaillez par les ouvriers les plus renommez. Les échan- « ſons ou miniſtres de table ſont de jeunes garçons, qui ſont moins là pour ſervir « que pour plaire aux convives. Les uns verſent du vin; les plus grands ap- « portent de l'eau & des liqueurs; ils ont le viſage peint & fardé, les cheveux « tondus en cercle. Leurs tuniques ſont extrémement déliées; ceints au « milieu du corps avec des rubans, ils relevent ces tuniques; & en laiſſent « pendre les plis de tous côtez, en ſorte qu'elles ne leur vont que juſqu'au « genou. En cet équipage ils ſont attentifs aux ordres des convives. Les « mets, les ſauſſes, & les deſſerts, *pourſuit-il*, ſont préparez par des cuiſi- « niers & des pâtiſſiers, qui par l'apprêt & l'arrangement cherchent non «

III. Ægyptii in majoribus conviviis, inquit Athenæus l. 4. menſas non afferebant; ſed lances & fercula circumferri curabant, ut quiſque quod liberet acciperet; cum contra apud Græcos & apud Romanos plurimaſque alias nationes, menſæ deferrentur onuſtæ, quas deinde ſubmovebant, ut alias ſubſtituerent, ut inferius dicetur. Galli, inquit ille ibidem, quando cum rege comedebant, nec panem nec ferculum quodpiam contingebant, niſi poſtquam rex inceperat; narrat deinde Gallum quempiam nomine Ariamnum per annum integrum cæteros omnes Gallos invitaviſſe, ut ad menſas in via publica poſitas cibum caperent, qua in re ingentem pecuniæ vim effudit. Nobiliores inter Gallos primariique viri, inquit idem auctor l. 6. cum ad bellum incederent Paraſitos ſecum ducebant, qui cum illis ad menſam accumbentes beneficorum laudes canebant: ii poetæ erant quos Bardos vocabant.

IV. Elegantiſſimam convivii deſcriptionem apud Philonem legimus libro de vita contemplativa, ubi Therapeutarum frugalitatem cum ſæcularium luxu immenſiſque convivialibus ſumtibus comparat: *Græci*, inquit ille, *& Barbari Romanos imitantur quod ad lautitiam delicias que. Eorum tricliniares lecti teſtudinum cochleis ornantur, ebore, aut precioſiore materia: fulgentque gemmis & margaritis, ſtragulæ purpureæ ſunt auro intertextæ, ornatæque floribus atque foliis cujuſvis coloris. Crateres, pocula, cululli, ordine poſita cujuſlibet ſpeciei ſunt, vitrea vaſa, phialæ, thericlea vaſa, aliaque a celeberrimis artificibus elaborata. Pocillatores miniſtrique menſæ pueri ſunt, minus ad miniſterium quam ad ſpectaculum & oblectamentum convivarum. Alii vinum effundunt, grandiores aquam & mulſum afferunt, picto fucatoque vultu, capillis in circulum attonſis. Tunicæ eorum ſubtiliſſimæ ſunt: medio corpore ſuccincti faſciis tunicas attollunt atque ſinus undique dependere curant; ita ut extrema ora ad genua tantum pertingat. Hoc cultu convivarum juſſa exſpectant: fercula, embammata, bellariaque*, pergit ille; *a coquis & a dulciariis piſtoribus parata ſunt, qui per*

»ſeulement à ſatisfaire au goût, mais auſſi à plaire à la vue. On appor-
»te juſqu'à ſept tables, & quelquefois davantage, couvertes de tout ce que
»la terre, la mer, les rivieres & l'air peuvent fournir de plus delicieux.
»La diverſité de l'apprêt ne flatte pas moins le goût, que la qualité des
»viandes. Après cela on apporte des fruits de toute eſpece.

V. Ces differentes ſortes de ſervices s'appelloient *ferculæ*. Le mot *ferculum* ſe prend plus ordinairement pour un ſervice entier que pour un plat. On apportoit les plats ſur une table, & l'on deſſervoit la table précedente avec les mets qui la couvroient : cela ſe pouvoit faire aiſement ſans déranger les convives, qui étoient couchez ſur les triclinions. Cela ſe comprend facilement par les figures. Dans les plus anciens tems, où les convives s'aſſeioient comme aujourd'hui, chacun avoit ſa petite table ; il ne faut point douter que ces coutumes n'aient varié en differens tems & en differens payis.

---

condituram concinnamque ferculorum rationem, non guſtui modo, ſed etiam oculis placere nituntur. Menſæ ſeptem ordine afferuntur & aliquando plures, iis omnibus opertæ, quæ ſuaviora terra, mare, flumina, aerque ſuppeditare poſſunt : ſalſamentorum diverſitas, non minus palatum oblectat, quam ciborum ratio. Poſtea demum fructus cujuſlibet ſpeciei afferuntur.

V. Hæ menſæ ſucceſſione quadam admotæ fercula vocabantur : ferculum enim frequentius illud ſignificat, quam lancem unam carne cibove plenam : lances igitur cum menſa afferebantur, & cum ipſa menſa removebantur, quod facile ſineque ullo convivarum tædio vel incommodo fieri poterat ; illud in ſchematibus facile intelligitur. Priſcis autem illis temporibus, cum convivæ ſedebant, uti hodieque ſedent, cuique convivæ ſua apponebatur parva menſa. Neque tamen dubitandum eſt quin diverſis temporibus atque locis diverſæ fuerint ea in re conſuetudines.

CHAPITRE X.

I. Les viandes des anciens, & la volaille des baſſecours. II. Quelles viandes étoient eſtimées les plus délicates. III. Quels étoient les poiſſons les plus recherchez. IV. Les gâteaux des anciens. V. Induſtrie des cuiſiniers : prodigieux mangeur. VI. Maniere de farcir un cochon ſans l'éventrer. VII. Gâteaux & ſauſſes ſelon Athenée.

I. LEs viandes ordinaires étoient le bœuf, le veau, le mouton, l'agneau, le cabri, le porc, la volaille de baſſecour en bien plus grand nombre qu'aujourd'hui. Ils n'avoient point les dindons, mais ils avoient les oies, les poulets, les poulardes, les canards, les chapons, les pâns, les phenicopteres oiſeaux tout rouges, les perdrix privées, les numidiques. Martial les met tous, hors les canards, entre les oiſeaux de baſſecour, & y en ajoute encore d'autres : voici toute l'énumeration. Les oies, les pâns, les phenicopteres, les perdrix, les numidiques mouchetées, les faiſans, les coqs & les poules, les pigeons, les ramiers, les tourterelles. Les phenicopteres étoient des oiſeaux à plumes rouges, qui vivoient ordinairement dans des marécages. Les perdrix privées & domeſtiques étoient communes en ces tems-là ; Strabon parle de gens qui en élevoient. Les numidiques étoient des poules de Numidie marquées de petites taches ou mouchetées ; c'eſt pour cela qu'on les appelle *guttatæ*.

II. Entre les autres oiſeaux ils aimoient ſur tout le francolin nommé en latin *attagen* ; ils eſtimoient plus que les autres ceux d'Ionie & de Phrygie. Les becfigues qu'ils mangeoient avec du poivre, étoient encore leurs délices, auſſi-bien que les tourds, oiſeaux qui ſe trouvent abondamment dans les provinces meridionales de la France, un peu differens des grives ; le *galbula*, qu'on croit être le même que le Loriot ; la perdrix des champs, qu'ils diſtinguoient de la perdrix privée & domeſtique.

Le lievre, le lapin, le loir, le chevreuil, le daim, les fans de cerfs étoient encore fort eſtimez. Ils mangeoient auſſi le ſanglier, & quelques-uns l'ours ; Habinnas dit dans le feſtin de Trimalchion qu'il en avoit mangé juſqu'à une livre en un repas : d'autres avoient cette viande en averſion : nos payiſans

---

CAPUT X.

I. Cibi carneſque veteribus in uſu, aveſque domeſticæ. II. Quæ carnes delicatiores haberentur. III. Qui piſces in majori precio. IV. Placentæ veterum. V. Coquorum induſtria : helluo quidam ingens. VI. Coquus qui porcum non exenteratum infercit. VII. Lagana & ſalſamenta ſecundum Athenæum.

I. VULGARES cibi erant, bos, vitulus, vervex, agnus, hœdulus, porcus, volatilia cortis ſpecie numeroſiora quam hodierna ; gallinaceos quidem Indicos non habebant, ſed anſeres, pullos, gallinas, capones, pavones, phœnicopteros puniceo colore aves, perdices, anates, columbas, palumbos, turtures. Hæ omnes aves domeſticæ erant : Martialis præter anates alias omnes enumerat 3. 57. & alias inſuper aves adjicit.

Vagatur omnis turba ſordidæ cortis,
Argutus anſer gemmeique pavones,
Nomenque debet quæ rubentibus pennis,
Et picta perdix, numidicæque guttatæ,
Et impiorum phaſiana colchorum.
Rhodias ſuperbi feminas premunt Galli,
Sonantque turres plauſibus columbarum
Gemit hinc palumbus inde cereus turtur.

II. Inter alias aves attagenæ maxime in deliciis erant ; eæ vero præcipue quæ ex Ionia & ex Phrygia afferebantur : ficedulam item piperatam amabant, turdum qualem in meridionalibus Galliæ regionibus frequenter habemus, galbulam, perdicem campeſtrem a privata & domeſtica diſtinctam.

Lepus, cuniculus, glis, capreolus, dama, hinnuli cervorum in delicatis eduliis computabantur. Aprum item comedebant & nonnulli urſum. Habinnas in cœna Trimalchionis ait ſe aduſque libram urſinæ carnis in convivio aliquo comediſſe : alii cibum hujuſmodi averſabantur. Pyrenæorum montium incolæ ru-

des Pyrenées en font encore aujourd'hui des pâtez.

III. Les poiſſons faiſoient leurs mets les plus délicats ; le congre, qu'on ne connoit pas bien aujourd'hui ; l'*acipenſer*, qu'on croit être le même que l'eſturgeon ; le turbot ; le mulet, une ſorte de poiſſon appellé *ſcarus*, on ne ſait ce que c'eſt ; la murene, le loup de mer, & pluſieurs autres poiſſons : les coquillages de pluſieurs eſpeces. Athenée met entre ce qu'il y avoit de plus recherché & de plus eſtimé, les murenes Siciliennes, les anguilles flottées, πλωτὰς ; la partie de deſſous des tons pris au Promontoire du Paquin, les cabris de l'île de Melos, les mulets poiſſons de Symete, le coquillage de Pelore, les harans de Lipare, les raves de Mantinée, les navets de Thebes, les bettes d'Aſcre.

IV. Les anciens faiſoient differentes ſortes de gâteaux, dont nous trouvons les noms dans les auteurs ; mais nous ne ſaurions dire en quoi differoient ceux qu'on nommoit *placenta*, *laganum*, *libum*, *ſcriblita*, *ſphærita*, *craſtianum Siculum*, *cruſtulum*, & pluſieurs autres eſpeces de gâteaux. On ne ſait pas certainement ſi les anciens mettoient de la chair en pâte ; de là vient qu'on ne trouve pas de nom ni latin ni grec propre pour le pâté ; car on croit que l'*artocreas* du Satyrique Perſe veut plûtôt dire de la chair hachée avec du pain, qu'un pâté. Les fruits & les herbages étoient à peu près les mêmes chez les anciens que ceux qu'on mange aujourd'hui.

V. L'induſtrie des cuiſiniers eſt décrite par Athenée en bien des endroits de ſon livre : il dit que Nicomede roi de Bithynie deſirant manger du haranc, & ſe trouvant dans un lieu éloigné de la mer, ſon cuiſinier lui en fit un avec d'autres poiſſons. Le cuiſinier de Trimalchion plus habile faiſoit de la chair d'un cochon, des poiſſons, des pigeons ramiers, des tourterelles & des poulardes. Les hiſtoires font mention de prodigieux mangeurs ; tel étoit Phagon, qui devant la table de l'Empereur Aurelien mangoit en un jour un ſanglier tout entier, cent pains, un mouton, un petit cochon, & buvoit plus d'une *orca* de vin, qu'il faiſoit couler dans ſa bouche par un entonnoir. L'*orca* étoit beaucoup plus grande que l'*amphora*, & l'*amphora* tenoit plus de vingt-quatre pintes de Paris.

VI. Athenée parle ailleurs d'un cochon à demi rôti & à demi bouilli, préparé par un cuiſinier qui avoit eu l'art de le vuider & de le farcir ſans l'éventrer ; il avoit fait un petit trou ſous une épaule, par lequel il avoit fait ſortir tou-

---

ſtici hodieque urſinam carnem in farrea theca coctam edunt.

III. Piſces etiam in deliciis habebant ; congrum ſcilicet hodie ne conjectura quidem notum, acipenſerem, rhombum, mullum, ſcarum, murænam, lupum marinum, alioſque piſces, conchilia quoque diverſæ ſpeciei. Athenæus lib. 1. c. 4. hæc multum commendata fuiſſe ait, Siculas murænas, anguillas πλωτὰς, thynnorum ad Pachynum captorum ſumina, hœdos ex Melo, mugiles e Simetho ; ex vilibus conchis Peloridas, mænidas ex Lipara, Thebana rapa, ex Aſcra betas.

IV. Varia placentarum genera antiqui apparabant, ſed quarum nomina tantum apud ſcriptores reperimus, nec dicere valemus qua in re differant, *placenta*, *laganum*, *libum*, *ſcriblita*, *ſphærita*, *craſtianum Siculum*, *cruſtulum*, multæque aliæ hujuſmodi rerum ſpecies. Neſcitur autem utrum veteres carnem in ſiliginea cruſta coquerent, cum hujuſmodi cibi nullum nomen vel Græcum vel Latinum occurrat : nam artocreas Perſii Satyrici, carnem cum pane conciſam & mixtam ſignificare putatur. Fructus & olera eadem pene veteribus, quæ nobis in uſu erant.

V. Coquorum induſtria ab Athenæo variis in locis deſcribitur ; ſic lib. 1. cap. 7. ait, Nicomedi Bithyniæ regi procul a mari verſanti halecemque deſideranti, coquus aliquis piſciculum imitatus, quod finxerat pro halece poſuit. Solertior Trimalchionis coquus, ex ſuilla carne piſces, palumbos, turtures & gallinas faciebat. In hiſtoriis memorantur mirifici helluones, qualis erat ille Phagon, qui ante menſam Aureliani comedebat uno die, teſte Vopiſco 50. aprum integrum, centum panes, vervecem & porcellum, bibebatque infundibulo appoſito plus orcâ. Erat orca menſura longe major amphora. Amphora vero capiebat ſextarios caſtrenſes viginti quatuor. Sextarius autem caſtrenſis paulo amplior erat Pariſina pinta.

VII. Athenæus etiam lib. 9. cap. 7. de porco ſemiaſſo & ſemielixo loquitur, quem non exenteratum hac arte coquus inteſtinis vacuum effecerat & inferſerat : ſub humero exiguum vulnus inflixerat indeque ſanguine diffuſo, per vulnus illud inteſtina ſenſim

tes les entrailles, & après avoir lavé le dedans avec du vin qu'il avoit laiſſé écouler, il avoit enſuite fait entrer la farce par la gueule.

VII. Les cuiſiniers Grecs faiſoient un grand nombre de gâteaux, dont la maniere n'eſt point connue : les noms en étoient ſelon Athenée, l'*enchyton*, l'*amés*, le *diaconion*, l'*amphiphon*, gâteau qu'on faiſoit en l'honneur de Diane, & environné de petits flambeaux ; le *baſynias*, le *coccara*, le *ſtrepte*, le *neelata*, l'*epichyton*, l'*attanites*, le *creion*, le *glycinas*, les *enchrides*, & pluſieurs autres que cet auteur nomme.

Il parle encore des ſauſſes & des ragoûts, & ſur tout d'un certain ragoût qu'on appelloit *myma* ; c'étoit une eſpece de hachis qui ſe faiſoit de chair de poule ou de toute autre chair ; on y mettoit auſſi les entrailles, qu'on hachoit juſqu'à ce que le tout ſe mettoit en pâte ; on y mêloit du vinaigre avec du ſang, du fromage à demi cuit, du perſil, du cumin, du thym, de la coriandre, & d'autres herbes ou ſemences odoriferantes, de l'oignon cuit ſous la cendre, des pavots, des raiſins ſecs, du miel, des grains de grenade. Il parle encore d'un ragoût nommé *mattya*, & de pluſieurs autres qu'il ſeroit trop long de rapporter.

---

omnia abſtraxerat : per os poſtea multum vini in ventrem porci immiſerat, ſuſpenſum deinde pedibus porcum defluente vino penitus vacuum fecerat, poſteaque per os fartum immiſit & porcum coxit.

VII. Græci coqui placentas diverſi generis nominiſque innumeras ferme apparabant, quarum nomina refert Athenæus lib 14. cap. 13. & ſeqq. Enchyton, Ames, Diaconion, Amphiphon, quæ placenta in honorem Dianæ fiebat, & faculis circum ornabatur, Baſynias, Coccara, Strepte, Neelata, Epichyton, Attanites, Creion, Glycinas, Enchrides, & quamplurimæ aliæ quæ ibidem memorantur.

De ſalſamentis etiam atque de eduliis loquitur eodem libro cap. 23. & præcipue de edulio illo, quod Myma vocabant, quod apparabatur ex gallinæ carne, aut ex alia qualibet intrita & conciſa carne, minutal vocat Juvenalis : viſcera quoque in minutas partes concidebantur, ita ut omnia in unum fartum coaleſcerent : hinc admiſcebantur ſanguis cum aceto condîtus, caſeus aſſus, ſilphium, cuminum, thymus recens, coriandrum, aliæque odoriferæ herbæ : de altero item ſalſamenti genere loquitur, quod Mattyan vocabant, deque multis aliis quæ longius eſſet referre.

CHAPITRE XI.

I. Le Roi des feſtins : combien de repas faiſoient par jour les anciens. II. Les loix des Atheniens pour le repas. III. Vaiſſeaux de table ou de cuiſine. IV. Les échanſons, & la forme des pots à verſer du vin. V. Couteaux & cuilliers.

I. DANS les grands feſtins on faiſoit un Roi qui aſſignoit à chacun ſa place. Ce Roi étoit élu par ſort, ou étoit nommé par celui qui donnoit le repas. Il commandoit, & on étoit obligé de lui obeir. Empedocles ſe plaignoit d'un Roi de feſtin, parcequ'il lui avoit commandé de boire, & qu'il avoit ordonné s'il ne buvoit pas, qu'on lui verſât du vin ſur la tête. Tous ces feſtins & ces grands repas ſe faiſoient le ſoir : on les appelloit *dipnon* en grec, & *cœna* en latin. Le dejeûner & le dîner n'étoient que de petits repas en comparaiſon du ſouper.

Les Grecs faiſoient quatre repas ſelon Athenée, le dejeûner, qu'ils appelloient *acratiſma* ou *dianeſtiſmos ;* le dîner, qu'ils nommoient *ariſton* ou *dorpiſton ;* un petit repas entre le dîner & le ſouper, dont le nom étoit *heſperiſma*, qu'on appelle en latin *merenda* ; & le ſouper, qu'ils exprimoient par ce nom *dipnon*, & quelquefois par cet autre *epidorpis*.

II. Samuel Petit dans ſa collection des Loix Attiques, met celles-ci pour les repas : Que les convives ne ſoient pas plus de trente ; que les cuiſiniers louez pour de grands feſtins, donnent leurs noms aux Gyneconomes, c'eſt-à-dire à ceux qui avoient ſoin que les femmes vécuſſent dans la modeſtie & dans la décence convenable, & qui avoient auſſi l'inſpection ſur les feſtins : Que les convives ne boivent le vin pur qu'à la fin du repas ; mais qu'à la fin du repas ils boivent un coup en l'honneur du bon demon : nous voions en effet cette coutume de boire à la fin du repas obſervée dans les deux grands repas des Grecs dont nous avons fait ci-deſſus la deſcription ; dans celui d'Amyntas, & dans celui d'Attagin : Que les Areopagites puniſſent les débauchez outrez.

PL. LIX. III. On croit que les cinq vaſes qui ſe voient dans la planche ſuivante ſervoient pour la table ou pour la cuiſine ; je n'en comprens pas bien l'uſage : le lecteur jugera à quoi on pouvoit les emploier.

CAPUT XI.

I. Rex conviviorum : quoties in die apud veteres cibus ſumeretur. II. Leges Atticæ pro conviviis. III. Vaſa ad menſæ aut ad coquinæ uſum. IV. Pocillatores & vaſa vinaria. V. Cultri & cochlearia.

I. IN majoribus conviviis rex deligebatur, qui locum cuique ſuum aſſignabat. Rex hic vel ſorte deligebatur, vel ab eo qui convivio exciperet nominabatur. Jubente illo cuncti obſequebantur : conquerebatur Empedocles quod rex convivii ſibi potum dari præcepiſſet, ac vinum in caput infundi, ſi recuſaret. Magna iſtæc omnia convivia veſpertinis horis aut noctu celebrabantur, græceque δεῖπνον, latine *cœna* vocabantur. Jentaculum atque prandium, longe minora erant quam cœna.

Græci ſecundum Athenæum quater in die comedebant ; primo jentaculum ſumebant, quod vocabant ἀκράτισμα aut διανήστιμον ; ſecundo prandium, quod appellabant ἄριστον vel δόρπιστον ; inter prandium & cœnam intercedebat ἐσπέρισμα, latine merenda ; cœnam vero nominabant δεῖπνον aut ἐπιδορπίδα.

II. Samuel Petitus collectione legum Atticarum, has conviviorum leges ponit ; ut convivæ non plures quam triginta numero ſint, ut coqui ad parandum convivium locati nomina ſua tradant gynæconomis, ſive iis qui mulierum modeſtiam temperantiamque curabant, quique conviviorum ordinem moderabantur ; ne merum convivæ potent niſi in convivii fine ; ſed in fine ſemel potent in honorem boni dæmonis ; vereque morem potandi in fine convivii ſupra vidimus obſervatum ; in convivio nempe Amyntæ regis, & in convivio Attagini Thebani : ut Areopagitæ aſotos plectant.

III. Quinque tabulæ ſequentis vaſa, menſæ aut culinæ fuiſſe inſtrumenta putantur : uſum eorum non perfecte capio, ad quam rem idonea fuerint lector judicet.

IV.

VAISSEAUX DE CUISINE. ECHANSONS



Bonanni

Bonanni



Bonanni



Bonanni

Bonanni

Ch. Fontaine

Beger



ECHANSONS

LXII. a la 122. page T. III

N. Cabinet

La Chausse

La Chausse

N. Cabinet



La Chausse

MANCHES DE COUTEAU ET CUEILLERS

LXI. Pl. a la 122. page T. III

Beger



Beger

Beger

Ch. Fontaine

Mr. Thiroux

Mr. Thiroux

Mr. Thiroux

Mr. Thiroux

IV. Nous avons pluſieurs figures d'échanſons tels à peu près que les décrit ci-devant Philon. Ils ont preſque tous les cheveux coupez en rond, la tunique ceinte & relevée, en ſorte qu'elle ne leur deſcend que juſqu'au genou. Le premier eſt du Chevalier Fontaine, le ſecond a été donné par Beger. Dans la planche ſuivante le premier de notre cabinet eſt couronné de laurier; il lui manque une jambe & un bras, duquel il tenoit apparemment un vaiſſeau pour verſer à boire. Le ſuivant a un ornement de tête extraordinaire: celui d'après eſt couronné de laurier, & tient d'une main un vaiſſeau qui a la forme d'une corne terminée par la tête d'un bouc. Le dernier de notre cabinet eſt couronné de feuilles de vigne, & tient de même une corne terminée par une tête d'animal. Ces cornes ſervoient non ſeulement de pots à verſer à boire, mais auſſi de gobelets; on en voit des exemples dans Xenophon. Le grand vaiſſeau qui eſt audeſſous, & qui ſe termine par la tête d'un monſtre, paroit avoir ſervi de pot à verſer du vin. PL. LX.

V. La planche ſuivante montre ſix manches de couteaux tirez de differens cabinets, & deux cuilliers trouvées à Autun. Nous avons déja vu dans les images de Mercure deux cuilliers de forme ſinguliere. PL. LXI.

IV. Non pauca pocillatorum genera ſuppetunt illo cultu, quem ſupra deſcripſit Philo Judæus: omnes ferme capillitio ſunt in circulum compoſito. Tunica ad zonam ſurſum attollitur, ut nonniſi ad genua uſque defluat. Primus pocillator eſt equitis Fontanæ nobilis Angli; ſecundus a Begero publicatus Muſei eſt Brandeburgici. In tabula ſequenti primus Muſei noſtri crure brachioque truncatus eſt, quo, ut veriſimile eſt, ſcyphum aut lagenam fundendo vino tenebat: ſequens ornatu capitis gaudet ſingulari. Alius qui lauro coronatur, manu vas vinarium tenet, cornu formam habens; ſed capite, ut videtur, hirci terminatum. Poſtremus Muſei noſtri pampinis coronatur, cornuque ſimiliter tenet capite animalis cujuſpiam terminatum. Hujuſmodi cornibus non modo quaſi ſcyphis ad fundendum vinum utebantur, ſed etiam poculis ad bibendum; cujus rei exempla habes apud Xenophontem p. 405. & 406. vas magnum ſubtus poſitum capite monſtri terminatum, fundendo item vino uſurpatum fuiſſe videtur.

V. In tabula ſequenti cultrorum capuli ſex comparent, duoque cochlearia Auguſtoduni reperta. Inter Mercurii ſchemata primo tomo duo cochlearia vidimus ſingularis formæ,

CHAPITRE XII.

I. Batterie de cuiſine. II. Forme de la marmite. III. Belle paſſoire ornée de figures. IV. Autres vaiſſeaux de cuiſine.

I. IL nous reſte peu de choſe ſur la batterie de cuiſine des anciens ; les marbres & les bronzes n'en repréſentent qu'une partie : je n'ai point encore vu d'image d'un cuiſinier qui prépare un grand repas. Les vaſes & les inſtrumens qui ſervoient à la cuiſine des anciens étoient en grand nombre. Ils avoient des chaudieres qu'ils appelloient *caldarium*, *cacabus*, *cortina*, *ahenum* ; des chaudrons, *lebes* ; des marmites, qu'ils appelloient auſſi *cacabus*, & les Grecs *cacabos* & *chytra* ; des poëles qu'ils appelloient *ſartago*, & les Grecs τήγανον ; des poëlons, *pultarium* ; des paſſoires à pluſieurs petits trous, que Pline appelle *colum*, & quelques modernes *colatorium* ; des broches à rôtir, qu'ils apelloient *verua*, & & les Grecs ὀβελοι ; des cuilliers, en latin *cochlear* ou *cochleare* ; des cuilliers à pot, *trulla* ; des fourchetes & des crocs à tirer la viande du pot, qu'ils nommoient *creagra* & *fuſcina* ; les plats s'appelloient *lances* ou *diſci* ou *patinæ*, *patellæ*, *catini* : on en peut voir la forme dans les triclinions que nous avons donné ci-devant, où il eſt difficile de diſtinguer un plat d'une aſſiete.

II. Sur la colonne de Trajan nous voions la figure d'un chaudron ou d'une marmite, d'une cuillier à pot, & d'une paſſoire à pluſieurs petits trous. Auprès de ces inſtrumens de cuiſine on voit la marmite de Silene, qui bout ſur un fourneau ; elle eſt tirée d'une des images de Silene.

PL. LXII. III. Voici une grande & belle paſſoire qui fut trouvée à Rome il y a environ trente ans, & qui tomba entre les mains de M. Mayer de Lion, qui la fit graver telle que nous la donnons ici. Le manche eſt tout plein de figures, qui ſont des pieces rapportées d'argent en relief. Au bas du manche eſt le dieu Pan avec ſes oreilles & ſes cornes de bouc, tout le bas du corps depuis la ceinture eſt du même animal ; il donne un aſſaut de cornes contre un bouc dreſſé ſur ſes pieds ; entre les deux combattans eſt la ſyringe de Pan ou la flute à ſept tuiaux, & une corne d'abondance. Au deſſus de Pan ſont quatre animaux qu'il n'eſt pas aiſé de reconnoitre. Au plus haut du manche vers la paſſoire au pied d'un arbre eſt le demi corps d'une idole Bacchique plantée ſur un pieu devant un autel, ſur lequel ſont

---

CAPUT XII.

I. Vaſa coquinaria. II. Cacabi forma. III. Colum pulcherrimum figuris ornatum. IV. Alia coquinaria vaſa.

I. PAUCA ſuperſunt circa vaſa coquinaria veterum : in marmoribus nuſquam viſitur coquus convivium apparans. Vaſa & inſtrumenta quæ culinæ inſerviebant, magno numero erant. Lebetes majores apud illos his nominibus appellabantur, caldarium, cacabus, cortina, ahenum. Ollas item cacabos, Græci καχάβους vocabant & χύτρας : ſartago a Græcis τήγανον appellabatur. Colum multis inſtructum foraminibus, quæ vox Plinii eſt, a quibuſdam recentioribus *colatorium* vocatur ; verua Græci ὀβέλους vocabant ; cochlearia item habebant, trullas, fuſcinulas extrahendæ ex ahenis carni, quas item appellabant creagras & fuſcinas. Lances & diſci, patinæ & patellæ, menſaria quoque erant vaſa quorum forma viſitur in tricliniis ſupra : ibi tamen diſcum a lance difficile diſtinguas.

II. In columna Trajana tab. 24. lebetis, trullæ & coli ſchemata videmus ; juxta illa conſpicimus Sileni cacabum ex ejus ſchematibus eductum caminoque ardenti impoſitum.

III. En colum magnum & pulcherrimum, Romæ triginta abhinc annis repertum, quod adeptus D. Mayerius Lugdunenſis in ære incidi curavit, quale hic proferimus : capulus ſchematibus argenteis prominentibus ornatus eſt. In imo capulo Pan deus viſitur cornibus cruribuſque caprinis, qui hircum erectum ſeque cornibus impetentem, cornibus item propulſare parat. Inter ambos pugnatores eſt tibia Panos, & cornu copiæ. Supra Pana quatuor ſunt animalia, quæ vix internoſci poſſunt. In ſummo capulo protome eſt Bacchica, paxillo ſuperpoſita ante aram, cui

Mr. Mayer

Mr. Mayer

Mr. Mayer

Colon. Trajane



VASES

LXIII. Pl. a la 124. page T. III

M.r Boisot



VAISSEAUX DE CUISINE

LXIV. Pl. a las 124. page T. III

Mr. Charlet



Mr. Charlet

Mr. Boisot



Beger



Beger

deux pommes, qui pourroient bien être des pommes de pin; on y voit auſſi une pique & une harpe. Tout ceci paroit appartenir aux myſteres de Bacchus; d'où l'on pourroit peutêtre inferer que cette paſſoire étoit deſtinée à l'apprêt des repas qu'on faiſoit après les ſacrifices à Bacchus, ſi on ne ſavoit d'ailleurs que ces idolâtres mêloient la religion par tout, à la table, à la cuiſine, au lit &c. Cette paſſoire ſervoit à paſſer ou des liqueurs, ou du bouillon, ou du vin. Les trous ſont rangez avec une belle ſymmetrie.

M. Mayer fit graver aux côtez de la paſſoire deux figures antiques; l'une eſt d'un Cupidon appuié d'un genou ſur une eſpece de chapiteau, auquel eſt gravé un eſcarbot ou un cancre: l'autre eſt un buſte de Minerve avec ſon caſque à la greque ſous une petite voute ſoutenue de quatre colonnes. C'étoient apparemment des antiquailles qui lui appartenoient, & qu'il a fait graver avec la paſſoire.

IV. Le vaſe ſuivant à trois pieds eſt du cabinet de M. le Préſident Boiſot de Beſançon; il peut encore avoir ſervi à la cuiſine; il ſemble même qu'il n'ait pas pu être à un autre uſage: ſon couvercle eſt une belle tête qui a un caſque. PL. LXIII.

Le poëlon caſſé qui ſuit eſt tiré du même cabinet: les deux petits poëlons ſuivans m'ont été envoiez en deſſein par M. l'Abbé Charlet. On a pris pour des plats les deux vaiſſeaux mis au bas de la planche; le dernier eſt fort creux, & peut avoir ſervi à mettre des ſauſſes ou de la bouillie. PL. LXIV.

---

duo poma ſuperpoſita, quæ fortaſſe ſtrobili fuerint: haſta item & cithara hic comparent. Hæc omnia videntur ad myſteria Bacchica pertinere, unde fortaſſe argueretur, hoc colum deputatum fuiſſe ad uſum conviviorum, quæ poſt ſacrificia Bacchica fiebant; niſi aliunde conſtaret profanos illos in omnibus religionem admiſcuiſſe, in menſa, in culina, in cubili, &c. Hoc colum aut mulſo, ut juſculo, aut vino percolandis inſerviiſſe videtur: foramina eleganti ſunt ordine diſpoſita.

A latere coli Mayerius ſchemata duo antiqua inſculpi curavit, quorum aliud eſt Cupidinis genu ſupra capitellum nixi in quo capitello inſculptus eſt aut ſcarabæus aut cancer; aliud eſt protome Minervæ græco more galeatæ ſub parvo fornice quatuor columnis nixo: hæc fortaſſe ſigna Mayerii erant, qui ea cum colo ſimul ſcalpi curaverit.

IV. Ahenum ſequens tribus pedibus nixum, eſt illuſtriſſimi Domini Boiſot in ſuprema Veſontionis curia Præſidis, coquinarii uſus fuiſſe prorſus videtur, operculum eſt caput elegans galeatum.

Patella manubriata & aliquot in locis rupta ex eodem Muſeo prodiit, & Narciſſi nomen in manubrio præfert. Duæ vero patellæ minores vicinæ a D. Abbate Charlet tranſmiſſæ mihi ſunt. Pro patinis aut diſcis habita ſunt duo ſequentia vaſa, quorum alterum profundius, aut embammati aut juſculo recipiendo inſerviiſſe potuit.

CHAPITRE XIII.

Maiſons de campagne & jardins.

LE luxe des Romains ne parut jamais davantage que dans leurs maiſons de campagne, qu'ils appelloient *villæ:* ce mot ſe prenoit en deux ſens, pour une grange, ou une ferme, ou une métairie; ou pour une maiſon de plaiſir que les gens de qualité bâtiſſoient dans les campagnes. C'eſt de celles ci que nous parlons préſentement. Il y en avoit d'une grandeur & d'une magnificence ſurprenante; la maiſon de plaiſance des Gordiens ſur la voie qu'on appelloit Preneſtine, égaloit ou ſurpaſſoit même celles des plus grands Rois: nous en avons déja parlé. Dans ces maiſons de campagne il y avoit ſouvent beaucoup de familles d'artiſans & d'autres gens de ſervice, en ſorte qu'une ſeule maiſon ſembloit une bonne ville. Une autre maiſon de campagne des plus belles étoit celle d'Hadrien à Tivoli, de laquelle il reſte encore aujourd'hui de grandes mazures: on y voioit le nom des plus célebres lieux de l'antiquité, de ces lieux frequentez par les philoſophes; on en avoit imité la forme, & l'on tâchoit d'en faire le même uſage; on leur donnoit les noms de Lycée, d'Academie, de Prytanée, de Canope, de Pœcile & de Tempé: Hadrien y repréſenta encore l'image des enfers. La voliere de Varron, dont nous parlerons plus bas, peut avoir place parmi ces ſuperbes bâtimens. Les maiſons de campagne de Lucullus, d'Auguſte, de Mecenas, de Munatius Plancus, de Seneque, & pluſieurs autres étoient encore fort célebres à Rome.

Martial nous fait une legere deſcription de la maiſon de campagne de Baſſus, qui étoit tout auprès de Rome, où il nous donne la connoiſſance de ce que les Romains emploioient pour l'ornement de leurs jardins & de leurs parterres; ils les ornoient, dit-il, de myrtes, de platanes, de buis tondu: nous voions par là qu'ils tondoient le buis de leurs parterres: ils y mettoient auſſi des lauriers. Chaque jardin avoit ordinairement ſa ſtatue de Priape. On voioit dans la plûpart des maiſons de campagne une haute tour, où ils montoient pour avoir le plaiſir de la vue.

CAPUT XIII.

Villæ & horti campeſtres.

ROMANORUM in villis maxime luxus emicuit: quod nomen duplicem ſignificatum habebat, & ſecundum utrumque uſurpatum occurrit: nam villam aliquando vocari comperimus prædium frugibus, fructibus, oleribus ferendis, pecoribuſque alendis: aliquando villæ domus erant ad voluptatem tantum adornatæ, quas viri primarii ſenatoreſque in agro conſtruebant, additis hortis magis ad proſpectus jucunditatem, quam ad utilitatem adornatis. Ex iis quædam magnificentia & ſumtu immenſo ſtructæ erant, qualis erat villa Gordianorum via Prænestina de qua jam loquuti ſumus, quæ Regum etiam villas ſplendore ſuperaret. In hiſce villis ſæpe multæ artificum familiæ erant, aliique ad famulatum, ita ut aliquando villa una urbis ſpeciem præferret. Inter pulcherrimas cenſebatur villa Hadriani Tibure, cujus villæ magna adhuc rudera ſuperſunt. Ibi nomina locorum in antiquitate celeberrimorum in queis philoſophi verſati fuerant ſervabantur: loca eadem ipſa forma ſtructa erant, & quantum fas erat eidem uſui adhibebantur. Hæc nomina, inquit Spartianus in Hadr. c. 26. Lyceum, Academia, Prytaneum, Canopum, Poecile, Tempe: imaginem inferorum etiam in ea villa Hadrianus repræſentavit. Aviarium Varronis, de quo mox, inter ſuperba illa ædificia cenſeri poterat. Villæ item Luculli, Auguſti, Mæcenatis, Munatii Planci, Senecæ, aliæque multæ celebres erant Romæ.

Martialis villam Baſſi prope Romam ſitam paucis deſcribit, & de ornatibus villarum & areolarum carptim & quaſi perfunctorie paucula tradit: myrtetis eas ornabant, platanis atque buxo.

otioſis ordinata myrtetis
Viduaque platano tonſilique buxeto.

Jam illis ergo temporibus buxum ut hodie tondebatur: laurus etiam exornandis villis adhibebatur. Quiſque hortus, quæque villa ſtatuam Priapi habebat. In pleriſque villis turris alta erat ut inde agri jucunditas quam longiſſime oculis pateret.

Il paroit par tout ce que dit Martial, que dans certaines maisons de campagne il n'y avoit ni fruit, ni jardin potager, ni basse-cour, & qu'on y apportoit tout de la ville; ce qu'il tourne en raillerie: Quoi de plus risible, dit-il, que de porter à la campagne des herbes, des œufs, des poulets, des fruits, du fromage & du vin nouveau?

Ex iis quæ Martialis ait ibidem, liquet in quibusdam villis, nullas fuisse fructuosas arbores, olera leguminaque nulla, nullam alendis volatilibus cortem, in quam rem ille sic festive ludit.

At tu sub urbe possides famem mundam,
Et turre ab alta prospicis meras laurus,
Furemque, Priapo non timente, securus.
Pictamque portas otiosus ad villam
Olus, ova, pullos, poma, caseum, mustum:
Rus hoc vocari debet, an domus longe?

CHAPITRE XIV.

Le Laurentin, maison de campagne de Pline le jeune, décrit par lui-même.

PLINE le jeune dans son épitre à Gallus décrit bien plus en détail sa maison de campagne située auprès du Laurentum, & il donne raison à Gallus pourquoi il aime tant ce sejour.

I. Vous vous étonnez que le Laurentin me charme si fort; votre sur-« prise cessera, quand vous apprendrez quels en sont les agrémens, la com-« modité du lieu, & l'étendue du rivage où cette maison de campagne est« située. Elle est à dix-sept milles de la ville: de sorte qu'après avoir reglé vos« affaires, vous pouvez vous y rendre encore à bonne heure. On y vient par« deux chemins, celui du *Laurentum*, & celui d'Ostie: pour s'y rendre, il faut« quitter celui du *Laurentum* à quatorze milles d'ici, & celui d'Ostie à onze« milles: ce qui reste après l'un & l'autre des grands chemins, est en partie« sablonneux, incommode & long aux bêtes de charge, mais court & aisé« aux gens de cheval. La campagne n'est pas toujours égale, tantôt ce sont« des forets qui retreciſſent le chemin, tantôt des prez qui laissent une route« large. On voit là plusieurs troupeaux de moutons & de bœufs, & des haras« de chevaux que l'hiver a chassez des montagnes, & qui trouvent là de« bons paturages, & un air de printems plus doux & plus temperé. Cette« maison de campagne est spatieuse & commode, & n'est pas d'un grand« entretien. On trouve d'abord une entrée simple, mais propre, & ensuite« un portique tout rond comme un O; il renferme une cour qui dans sa« petiteſſe ne laisse pas d'être agréable: ce portique est fort à couvert des« mauvais tems, par les tables transparentes des fenêtres, & encore plus par« les bâtimens qui l'environnent. A l'entredeux des appartemens il y a une«

CAPUT XIV.

Laurentinum villa Plinii ab ipso descriptum.

PLINIUS junior epistola ad Gallum 2. 7. villam suam prope Laurentum sitam describit, atque illi cui tantum ea delectetur pluribus declarat.

I. *Miraris cur me Laurentinum, vel si ita mavis, Laurens meum tantopere delectet? desines mirari cum cognoveris gratiam villæ, opportunitatem loci, littoris spatium. Decem & septem millibus passuum ab urbe secessit: ut peractis quæ agenda fuerint, salvo jam & composito die possis ibi manere. Aditur non una via: nam & Laurentina & Ostiensis eodem ferunt, sed Laurentina a quartodecimo lapide, Ostiensis ab undecimo relinquenda est. Utrinque excipit iter aliqua ex parte arenosum, jumentis paulo gravius & longius, equo breve & molle. Varia hinc atque inde facies: nam modo occurrentibus silvis via coarctatur, modo latissimis pratis diffunditur & patescit. Multi greges ovium, multa ibi equorum bourmque armenta, quæ montibus hieme depulsa, herbis & lepore verno nitescunt. Villa usibus capax non sumptuosa tutela, cujus in prima parte atrium frugi, nec tamen sordidum: deinde porticus in O literæ similitudinem circumactæ, quibus parvula, sed festiva area includitur: egregium hæc adversum tempestates receptaculum; nam specularibus multoque magis imminentibus tectis muniuntur. Est contra medias cavædium*

»cour fort jolie, d'où l'on entre dans une belle ſalle à manger ſituée ſur le »bord de la mer, en ſorte que quand le vent d'Afrique ſouffle, les flots déja »briſez ſur le rivage viennent doucement baigner ſes murs. La ſalle a de tous »côtez ou des portes ou des fenêtres auſſi grandes que les portes; de manie»re que de la face de devant & des deux côtez on voit comme trois diffe»rentes mers; & de la face de derriere on voit la cour interieure, le porti»que & ſa cour, l'autre côté du portique, l'entrée, & plus loin des forets »& des montagnes fort éloignées. A gauche de la ſalle à manger, mais »non pas ſur la même ligne eſt une grande chambre, enſuite une moins »grande, dont les deux fenêtres ſont l'une à l'orient, l'autre à l'occident. On »voit encore de cette chambre la mer, de plus loin à la verité, mais on y eſt »auſſi plus en ſureté contre ſes flots. Cette chambre & la ſalle à manger font »en dehors un angle où les raions du ſoleil ſe renferment & rendent le lieu »fort chaud: c'eſt là que mes domeſtiques ſe mettent en hiver; ils en font »un lieu d'exercices. Il n'y ſouffle pas d'autres vents que ceux qui amenent »des brouillards, & qui chaſſent la ſerenité de l'air; alors la place n'eſt plus »tenable.

»II. A cet angle tient une chambre voutée, aux fenêtres de laquelle le »ſoleil vient toujours de quelque côté. Elle a dans l'épaiſſeur du mur une »armoire pratiquée en forme de bibliotheque, qui contient des livres plû»tôt pour l'amuſement, que pour une lecture longue & ſerieuſe. Il n'y »a qu'un petit paſſage pour aller de cette chambre aux appartemens à cou»cher: ce paſſage lambriſſé & vuide par deſſous tempere les vapeurs qu'il »reçoit, & communique un air plus ſain aux appartemens voiſins. Tout ce »qui reſte de logemens de ce côté là ſert aux eſclaves & aux affranchis, »quoiqu'il y ait des chambres aſſez propres pour y loger des amis. De l'autre »côté eſt une fort belle chambre, & tout attenant une autre grande cham»bre qui peut ſervir de petite ſalle à manger, le ſoleil & les raions reflechis »de la mer la rendent fort claire. De là on paſſe à une chambre qui a ſon »antichambre; cette chambre eſt fort exhauſſée, & en cela propre pour »l'été; elle eſt auſſi bien fermée & à couvert des vents; ce qui la rend propre »auſſi pour l'hiver. Un mur de cloiſon ſepare cette chambre d'une autre & »de l'antichambre. On ſe rend enſuite à la chambre du bain, qui eſt fraî»che, large & ſpatieuſe. Aux deux murs oppoſez ſont pratiquées deux bai»gnoires en rond, qui s'étendent dans la chambre: l'une & l'autre ſont aſſez »grandes pour y nager, ſi l'on veut. A cette chambre tiennent celles des »parfums & de l'étuve, & celle des fourneaux; & tout auprès deux chambres

---

hilare: mox triclinium ſatis pulcrum, quod in littus excurrit: ac ſi quando Africo mare impulſum eſt, fractis jam & noviſſimis fluctibus leviter alluitur. Undique valvas ac feneſtras non minores valvis habet: atque ita a lateribus, a fronte quaſi tria maria proſpectat; a tergo cavædium, porticum, aream: porticum rurſus, mox atrium, ſilvas & longinquos reſpicit montes. Hujus a læva retractius paulo cubiculum eſt amplum: deinde aliud minus, quod altera feneſtra admittit orientem, occidentem altera retinet. Hæc & ſubjacens mare longius quidem, ſed ſecurius intuetur. Hujus cubiculi & triclinii illius objectu includitur angulus, qui puriſſimum ſolem continet & accendit. Hoc hibernaculum, hoc etiam gymnaſium meorum eſt. Ibi omnes ſilent venti, exceptis qui nubilum inducunt, & ſerenum antequam uſum loci eripiunt.

II. Adnectitur angulo cubiculum in apſida curvatum, quod ambitum ſolis feneſtris omnibus ſequitur. Parieti ejus in bibliothecæ ſpeciem armarium inſertum eſt, quod non legendos libros, ſed lectitandos capit. Adhæret dormitorium membrum tranſitu interjacente, qui ſuſpenſus & tabulatus conceptum vaporem ſalubri temperamento huc illuc digerit & miniſtrat. Reliqua pars lateris hujus ſervorum libertorumque uſibus detinetur, pleriſque tam mundis ut accipere hoſpites poſſint. Ex alio latere cubiculum eſt politiſſimum; deinde vel cubiculum grande, vel modica cœnatio, quæ plurimo ſole, plurimo mari lucet. Poſt hanc cubiculum cum procœtone, altitudine æſtivum, munimentis hibernum; eſt enim ſubductum omnibus ventis: huic cubiculo aliud & procœton communi pariete junguntur. Inde balinei cella frigidaria, ſpatioſa & effuſa, cujus in contrariis parietibus duo baptiſteria velut ejecta ſinuantur abunde capacia, ſi innare in proximo cogites. Adjacet unctuarium hypocauſton; adjacet propnigeon balinei: mox duæ

plus propres que magnifiques, qui tiennent à la baignoire d'eau chaude« ſituée de maniere qu'on voit la mer en ſe baignant. Non loin de là eſt le« jeu de paume tourné vers le ſoleil couchant. Ici s'éleve une tour, au pied« de laquelle ſont deux petites ſalles, & deux autres dans la tour même, &« audeſſus de ces deux là une grande ſalle à manger, d'où la vue s'étend fort« loin ſur la mer, ſur les côtes, & ſur de belles maiſons de campagne voi-« ſines. Il y a encore une autre tour qui contient une chambre expoſée au« ſoleil levant & au couchant. Enſuite viennent une grande chambre pour« l'office, & un grenier, auprès duquel eſt une ſalle à manger, où dans les« tempêtes on entend de loin les flots de la mer, ſans être beaucoup incom-« modé du bruit. Cette ſalle a vue ſur le jardin & ſur l'allée qui l'environne.« Cette allée eſt bordée de buis, ou de romarin à l'endroit où le buis finit:« ce buis ſe conſerve dans ſa verdure en plein air & en plein vent, quand les« toits le mettent à couvert de l'eau de la mer, que les flots briſez jettent« dans les terres voiſines ; mais il ſeche dès que cette eau vient à le toucher« même de fort loin. «

III. En deça de l'allée il y a une vigne tendre, qui fait de l'ombrage,« où il fait ſi bon marcher, qu'on peut s'y promener même nus pieds. Le« jardin eſt orné de meuriers & de figuiers; ils viennent fort bien dans cette« terre, qui ne peut guere porter d'autres arbres fruitiers. Une ſalle à man-« ger qui eſt loin du rivage, jouit de la vue de ce jardin, qui n'eſt pas« moins agreable que celle de la mer. Cette ſalle a ſur le derriere deux« autres petites ſalles qui ont vue ſur le veſtibule de la maiſon, & ſur un« autre jardin potager, dont la terre eſt fort fertile. Enſuite on entre« dans une gallerie voutée, qui ne cede guere en longueur aux ouvra-« ges publics: il y a des fenêtres de part & d'autre, mais une plus grande« quantité du côté de la mer que ſur le jardin, & un moindre nombre en« haut qu'en bas. On les ouvre toutes quand il fait beau; & quand le vent« regne, on les ferme du côté qu'il ſouffle. Devant cette gallerie eſt un xyſte« bordé de violetes, qui exhalent une odeur agreable: ce xyſte eſt commode« en hiver par la reverberation du ſoleil qui bat ſur le mur de la gallerie,« laquelle eſt en même tems un rempart contre le vent du ſeptentrion. Si« elle procure cette commodité pendant l'hiver, elle en donne une bien« plus grande pendant l'été, où elle entretient la fraiſcheur ſur l'allée de« derriere, en arrêtant le vent chaud d'Afrique: ſon ombre devant le midi« va ſur le xyſte, & l'après-midi ſur l'allée de derriere, & ſur une partie« du jardin: cette ombre eſt ou plus grande ou plus petite, à meſure que le«

---

cellæ magis elegantes, quam ſumptuoſæ; coharet calida piſcina mirifice, ex qua natantes mare aſpiciunt. Nec procul ſphæriſterium, quod calidiſſimo ſoli inclinato jam die occurrit. Hîc turris erigitur, ſub qua diætæ duæ, totidem in ipſa: præterea cœnatio quæ latiſſimum mare, longiſſimum littus, amœniſſimas villas proſpicit. Eſt & alia turris: in hac cubiculum, in quo ſol naſcitur conditurque; lata poſt apotheca & horreum: ſub hoc triclinium, quod turbati maris nonniſi fragorem & ſonum patitur, eumque jam languidum & deſinentem: hortum & geſtationem videt qua hortus includitur; geſtatio buxo aut rore marino ubi deficit buxus, ambitur. Nam buxus qua parte defenditur tectis, abunde virat aperto cœlo, apertoque vento, & quamquam longinqua aſperſione maris inareſcit.

III. Adjacet geſtationi interiore circuitu vinea tenera & umbroſa, nudiſque etiam pedibus mollis & cedens. Hortum morus & ficus frequens reficit, quarum arborum illa vel maxime ferax eſt terra, malignior cæteris: hac non deteriore quam maris facie cœnatio remota a mari fruitur. Cingitur diætis duabus a tergo, quarum feneſtris ſubjacet veſtibulum villæ, & hortus alius pinguis & ruſticus. Hinc cryptoporticus prope publici operis inſtar extenditur: utrinque feneſtræ, a mari plures, ab horto ſingulæ, & altius pauciores: hæ cum ſerenus dies & immotus, omnes, cum hinc vel inde ventus inquietus, qua venti quieſcunt, ſine injuria patent: ante cryptoporticum xyſtus violis odoratus: teporem ſolis infuſi repercuſſa cryptoporticus auget, quæ ut tenet ſolem, ſic aquilonem inhibet ſubmovetque, quantumque caloris ante, tantum retro frigoris, ſimiliter Africum ſiſtit, atque ita diverſiſſimos ventos alium alio a latere frangit & finit. Hæc jucunditas ejus hieme, major æſtate: nam ante meridiem xyſtum; poſt meridiem geſtationes hortique proximam partem umbra ſua temperat: quæ ut dies crevit decrevitque, modo brevior, modo longior

»jour croit ou diminue. La gallerie n'a jamais moins de ſoleil que lorſqu'au »milieu de ſa courſe il eſt plus ardent qu'en tout autre tems : alors il bat à »plomb ſur le toit, on ouvre les fenêtres, un air fort agreable y entre, & »s'y renouvelle inceſſamment.

» IV. Au bout du xyſte & de la gallerie eſt un appartement qui fait mes »delices ; je l'ai bâti à mon goût, & je m'y plais extrémement. Ici ſont deux »de ces pieces qu'on appelle *heliocaminus*, dont l'une regarde le xyſte, l'au»tre la mer, l'une & l'autre eſt expoſée au ſoleil : dans chacune on voit par »la porte la chambre à coucher, & par la fenêtre la gallerie. Cet apparte»ment eſt ingenieuſement diſpoſé, en ſorte qu'on le joint à la chambre à »coucher, & qu'on le ſepare quand on veut ; & cela par le moien de ta»bles de pierre tranſparente & de rideaux, qu'on ôte & qu'on remet facile»ment. Cet appartement contient un lit & deux ſieges ; du côté des pieds »du lit on voit la mer ; vers le doſſier, les maiſons de campagne voiſines ; »& du côté du chevet, des forets. Par autant de fenêtres ces objets ſe voient »ſeparément, & quelquefois enſemble ſi l'on veut. La chambre à coucher »eſt jointe à cette ſalle : on n'y entend ni la voix des eſclaves, ni les flots de »la mer, lorſque même elle eſt irritée : on n'y voit ni les éclairs, ni la clarté »du jour, à moins qu'on n'ouvre les fenêtres. Ce qui rend ce lieu ſi couvert & »ſi caché, c'eſt qu'entre la muraille de la chambre & celle du jardin il y a un »appartement pour les hommes : tout cela fait un eſpace aſſez grand pour »diſſiper tout le bruit qui ſe fait au dehors. Une étuve eſt jointe à la chambre »audeſſous d'une fenêtre, par laquelle on fait entrer autant de chaleur que »l'on veut. De là on va dans une antichambre, & dans une chambre fort ex»poſée au ſoleil, qu'elle reçoit dès ſon lever juſqu'après midi, quoique fort »obliquement ſur la fin.

»Quand je me retire dans cet appartement, il me ſemble être hors de »ma maiſon. Je m'y plais principalement aux Saturnales, lorſque la licence »qu'on a en ces jours de fêtes, fait retentir toute la maiſon du bruit & des »cris des domeſtiques. Je leur laiſſe alors la liberté de jouer & de ſe divertir, »& le bruit qu'ils font loin de moi ne m'empêche pas de vaquer à mes étu»des. Tant de commoditez & d'avantages ſeroient dans leur perfection, »s'il y avoit des eaux jailliſſantes. Mais ce defaut eſt en quelque maniere »compenſé par des puits, ou plûtôt par des fontaines ; on les peut appeller »ainſi, tant il faut peu creuſer pour trouver l'eau dans tout ce rivage. En »quelque endroit qu'on remue la terre, on la trouve d'abord en abondan»ce, & toujours fort bonne, ſans qu'elle ait le moindre goût de la mer,

---

hac vel illac cadit. Ipſa vero cryptoporticus tunc maxime caret ſole, cum ardentiſſimus culmini ejus inſiſtit. Ad hoc patentibus feneſtris favonios accipit tranſmittitque, nec unquam aere pigro & manente ingraveſcit.

IV. *In capite xyſti deinceps cryptoporticus, horti diæta eſt, amores mei, revera amores, ipſe poſui. In hac heliocaminus quidem, alia xyſtum, alia mare, utraque ſolem ; cubiculum autem valvis, cryptoporticum feneſtra proſpicit, qua mare contra parietem medium diæta perquam eleganter recedit, quæ ſpecularibus & velis obductis reductiſve, modo adjicitur cubiculo, modo aufertur. Lectum & duas cathedras capit : a pedibus mare, a tergo villæ, a capite ſilvæ ; tot facies locorum totidem feneſtris & diſtinguit & miſcet. Junctum eſt cubiculum noctis & ſomni ; non illud voces ſervulorum, non maris murmur, non tempeſtatum motus, non fulgurum lumen, ac ne diem quidem ſentit, niſi feneſtris apertis. Tam alti abditique ſecreti illa ratio, quod interjacens andron parietem cubiculi hortique diſtinguit, atque ita omnem ſonum media inanitate conſumit. Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem, ut ratio exigit, aut effundit aut retinet. Procœton inde & cubiculum porrigitur in ſolem, quem orientem ſtatim exceptum ; ultra meridiem, obliquum quidem, ſed tamen ſervat.*

In hanc ego diætam cum me recipio ; abeſſe mihi etiam a villa mea videor, magnamque ejus voluptatem præcipue Saturnalibus capio, cum reliqua pars tecti licentia dierum feſtiſque clamoribus perſonat : nam nec ipſe meorum luſibus, nec illi ſtudiis meis obſtrepunt. Hæc utilitas, hæc amœnitas deficitur aqua ſalienti ; ſed puteos ac potius fontes habet, ſunt enim in ſummo : & omnino littoris illius mira natura ; quocumque loco moveris humum, obvius & paratus humor occurrit, iſque ſincerus, ac ne leviter

dont

dont elle eſt ſi proche. Les forêts voiſines fourniſſent du bois abondam-« ment : les autres neceſſitez de la vie ſe trouvent à Oſtie. Un homme qui« vivroit frugalement pourroit ſe contenter même de ce que peut fournir« un village ſeparé de ma maiſon par une autre maiſon de campagne ſeule-« ment. Dans ce village il y a trois bains publics ; ce qui eſt fort commode« lorſqu'en arrivant on n'a pas aſſez de tems pour chauffer les bains domeſti-« ques, ou lorſqu'on y veut demeurer trop peu de tems pour les pouvoir« préparer. Les maiſons de campagne, les unes jointes enſemble, les autres« ſeparées, ornent ce rivage, & font un ſpectacle charmant. Vous diriez que« ce ſont pluſieurs villes, ſoit que vous les regardiez du rivage même, ou que« vous les conſideriez de deſſus la mer. Ce rivage eſt quelquefois agreable« par le calme ; mais le plus ſouvent les grands flots de la mer agitée qui« s'y briſent, le rendent incommode. Cette mer ne fournit pas abondam-« ment les poiſſons les plus exquis ; on y pêche pourtant des ſoles & des ſquilles« excellentes. Ma campagne fournit ce qui ſe trouve dans celles qui ſont« plus avant dans les terres, ſur tout le laitage ; car tous les troupeaux s'y« raſſemblent au ſortir des paturages, pour chercher de l'eau & de l'ombre.« Vous ſemblera-t-il que j'aie raiſon de demeurer ici, & d'aimer ce ſejour ?« Vous avez trop d'attache à la ville vous même, ſi vous ne vous détermi-« nez pas à y venir : je ſouhaite fort de vous y voir, afin qu'à tant d'agré-« mens qui s'y trouvent, je puiſſe joindre celui de vous y poſſeder & de vous« y entretenir.«

Il y a dans cette deſcription de Pline bien des endroits difficiles à entendre ; je ſuis ſur que ſi dix habiles gens en faiſoient à part la traduction, il n'y en auroit pas un qui convint en tout avec l'autre. Il ne faut donc pas s'étonner ſi ma traduction ne s'accorde pas en tout avec celle de M. Felibien, qui en donne une des deux maiſons de Pline, & a joint à chacune un plan qu'il a fait ſur ſa traduction. On peut dire qu'il y a réuſſi autant qu'on le peut en des matieres ſi obſcures, où quelque ſoin que l'on prenne, & quelque attention qu'on y apporte, l'on ne peut jamais éviter la difference des ſentimens. Quand on traduit des deſcriptions auſſi détaillées que celle-ci, & auſſi pleines de mots extraordinaires, qu'on ne peut entendre qu'à demi, il faut ſouvent deviner malgré qu'on en ait ; & quand on en eſt réduit là, chacun devine à ſa maniere.

---

quidem tanta maris vicinitate ſalſus. Suggerunt affatim ligna proximæ ſylvæ ; cæteras copias Oſtienſis colonia miniſtrat. Frugi quidem homini ſufficit etiam vicus, quem una villa diſcernit : in hoc balineæ meritoria tria ; magna commoditas, ſi forte balineum domi vel ſubitus adventus, vel brevior mora calefacere diſſuadeat : littus ornant varietate gratiſſima, nunc continua, nunc intermiſſa tecta villarum, quæ præſtant multarum urbium faciem, ſive ipſo mari, ſive ipſo littore utare : quod nonnunquam longa tranquillitas mollit, ſæpius frequens & contrarius fluctus indurat. Mare non ſane precioſis piſcibus abundat : ſoleas tamen & ſquillas optimas ſuggerit. Villa vero noſtra etiam mediterraneas copias præſtat ; lac in primis : nam illuc a paſcuis pecora conveniunt, ſi quando aquam umbramve ſectantur. Juſtiſne de cauſis eum tibi videor incolere, inhabitare, diligere ſeceſſum ? quem tu nimis urbanus es niſi concupiſcis : atque utinam concupiſcas, ut tot tantiſque dotibus villulæ noſtræ maxima commendatio ex tuo contubernio accedat. Vale.

In hac Plinii deſcriptione multa explicatu difficilia loca ſunt : ſi decem docti viri eam in Gallicam hodiernam linguam convertere ſeorſim aggrederentur, ne unus quidem, ut puto, eſſet, qui cum alio in omnibus conſentiret. Non mirum itaque ſi interpretatio mea cum V. Cl. D. Felibien interpretatione non ſemper conſentiat : qui duarum Plinii villarum deſcriptionem gallice convertit, & utrique delineationem adjecit ad fidem interpretationis ſuæ factam. Sane quidem ille accurate rem exſequutus eſt, quantum fieri poteſt, in rebus tam obſcuris, ubi quantocumque ſtudio, quantacumque animi contentione rem ſuſcipias, ſententiarum diverſitatem nunquam vitare poſſis. Quando deſcriptiones hujuſmodi minutatim adornatæ in linguam noſtram convertuntur ; voces quaſdam ſingulares, quæ res ſignificant non hodierni uſus, nonniſi hariolando interpreteris ; in tali vero deſcriptionum conditione, quiſque ſuo modo hariolatur.

CHAPITRE XV.

I. Maiſon de campagne tirée d'une ancienne peinture. II. Tuiaux de fontaine. III. Clef de fontaine. IV. Caſcade. V. Ancien payiſage.

I. DANS la maiſon de campagne de Pline preſque tout étoit de plain pied, & hors la tour où étoit la ſalle à manger, il n'y avoit guere d'etages. C'eſt ce qu'on remarque auſſi dans la maiſon de campagne tirée depuis peu des peintures trouvées dans les thermes de l'Empereur Tite, & dont nous donnons l'image. Hors la tour bien plus élevée que le reſte, tout y eſt de plain pied. Le haut étage de la tour étoit tout percé de fenêtres pour le plaiſir de la vue, comme dit ci-deſſus Martial : c'étoit là qu'on prenoit le repas, & c'eſt pour cela que Pline l'appelle *cœnatio*, une ſalle à ſouper. Le grand repas des anciens Romains étoit le ſouper ; ils ne mangeoient que fort legerement au déjeuner & au diner, comme nous avons déja dit. On ne connoit rien aux appartemens du principal logement, qui paroit aſſez petit, orné d'un portique & de ſtatues. La lyre & le trepied font voir qu'Apollon en étoit le dieu tutelaire. On y voit un autre petit bâtiment aſſez propre, qui a auſſi ſon portique, au côté duquel eſt la maiſon du metaier, qui y entre avec ſa femme. Le couvert de cette maiſon eſt en plate forme ornée de certains vaſes d'une forme aſſez particuliere. J'en ai vu un ſemblable d'albâtre indubitablement antique chez feu Monſeigneur l'Archevêque de Cambrai. Le lecteur obſervera les autres petits ornemens, les lions, la toile tendue pour faire ombre, le Priape qui ne manquoit jamais aux jardins & aux maiſons de plaiſance ; il eſt ici poſé ſur une roche ; le pêcheur a la ligne : il paroit que cette maiſon de plaiſance étoit ſur le bord de la mer, de même que celle de Pline. La maiſon & les autres bâtimens cachent les jardins.

PL. LXV.

II. Un des ornemens de ces maiſons de campagne étoient les fontaines, dont il ne nous reſte plus que quelques tuiaux, dont l'un eſt du cabinet de M. Foucault, orné d'un genie du jardin, qui tient ſes pieds ſur la tête d'un dauphin. Je ne ſai à quel uſage peut avoir été un autre tuiau du

---

CAPUT XV.

I. Villa ex veteri pictura edu&a. II. Tubi fiſtulæve fontibus deſtinatæ. III. Epiſtomium. IV. Aquæ lapſus. V. Pictura montes & aquas exhibens.

I. IN Plinii villa vix ullum videtur fuiſſe tabulatum ac præter cœnationem in turri poſitam omnia plana erant. Illud ipſum animadvertitur in villa paucis ab hinc annis in Thermis Imperatoris Titi ex veteri pictura educta, cujus imaginem damus. Præter turrim cæteris omnibus altiorem omnia plana ſunt. Supremum turris tabulatum per feneſtras undique poſitas & frequentes lucem accipit, idque ad proſpectus amœnitatem.

Et turre ab alta proſpicis meras laurus,

inquit Martialis ſupra. Hoc in tabulato cœnabant, indeque cœnatio in turri memoratur a Plinio. In cibo ſumendo Romani præcipuam habebant cœnam, jentaculum & prandium longe minora erant, uti diximus. Ædificiorum villæ pars inſignior cui fuerit uſui non ita clare percipi poteſt ; eſt ea ornata porticu atque ſtatuis. Lyra atque tripus in ſuperiore ædium parte poſita indicant Apollinem eſſe ſub cujus tutela poſitæ illæ erant. Aliud etiam ædificium elegans parvumque quadratum conſpicitur, quod porticu ſimiliter ornatur, ad cujus latus eſt villici, ut videtur, habitaculum, in quod intrat ipſe villicus cum uxore : hujus habitaculi tectum eſt plana ſuperficies ornata vaſis formæ non vulgaris. Hujuſmodi vas antiquum vidimus in ædibus τῦ μακαρίτε D. Joannis d'Etrées Archiepiſcopi Cameracenſis. Reliqua lector obſervabit, nempe leones, extenſam telam ad umbraculum, Priapum qui in hortis & villis ſemper ponebatur ; hic autem rupi imminet ; piſcatorem qui tremula linea piſces trahit. Hæc villa, ut & Pliniana, in maris littore fuiſſe videtur : ædificia hortorum proſpectum tollunt.

II. Alius villarum ornatus fontes erant, ex quibus aliquot tubi fiſtulæve ſuperſunt, quarum alteri quæ ex Muſeo eſt illuſtriſſimi D. Foucault, imminet genius hortorum pedibus caput delphini calcans : cui uſui fuerit alter ex eodem Muſeo tubus, qui ex una

Mr. Foucault

Gallerie

S.te Genevieve

M.r de Caumont

M.r Foucault



MAISON DE

même cabinet, qui n'a d'iſſue que d'un côté; nous l'expoſons aux yeux du lecteur habile, qui en portera ſon jugement. Nous ajoutons à ces figures un autre tuiau antique qui m'a été envoié d'Avignon par M. le Marquis de Caumont: dans notre cabinet il y en a un tout ſemblable, que nous croions auſſi avoir ſervi à une fontaine; il eſt d'un beau travail de bronze; qui a été autrefois doré, comme il ſe voit par les traces de dorure qui reſtent.

III. Une clef de fontaine que nous donnons ici, a été publiée par le P. du Molinet dans ſon cabinet de Sainte-Genevieve, où eſt préſentement l'original qui appartenoit autrefois à M. de Peireſc. Le deſſein s'en trouve dans un manuſcrit de la Bibliotheque de Saint-Victor, avec pluſieurs autres de M. de Peireſc. Cet homme illuſtre a mis au bas du deſſein pluſieurs paſſages d'auteurs qui parlent de ces clefs de fontaines, qu'ils appellent *epiſtomium*. Chaque canal a ſon robinet enfermé dans un manche de fer, qui ouvre le tuiau quand on le tourne. Celui-ci eſt de cuivre: il y en avoit auſſi d'argent ſelon Seneque. Sur celui-ci eſt repréſentée une figure qui reſſemble à un Mercure, & qui tient un ſiſtre: on y voit auſſi quelques animaux.

IV. Nous voions dans la gallerie Juſtinienne la forme d'une fontaine à caſcades. Comme on fait profeſſion de ne rien donner que d'antique dans cette Gallerie imprimée, j'ai cru pouvoir mettre ici cette fontaine, en declarant au lecteur que je n'ai point examiné ce monument de mes propres yeux. Cette caſcade & celle de la planche ſuivante ſont les uniques que j'aie encore vues dans les livres d'anciens monumens: le lecteur en conſiderera la forme & les ornemens. Nous ajoutons ici un paraſol tiré d'un bas relief des orgies Bacchiques données au ſecond tome. Les cinq paniers de differente forme que nous donnons enſuite, ſont tirez de divers endroits de cet ouvrage.

V. La campagne repréſentée dans la planche ſuivante, où ſe voient des montagnes & des roches, eſt tirée d'une ancienne peinture: on y voit quelques bâtimens, les uns ronds, les autres quarrez, une eſpece de petit temple, à l'entrée duquel ſont trois divinitez, des chevres, des moutons, une caſcade de forme ſinguliere: deux ruiſſeaux ſautent d'une roche dans un bâtiment rond, dont tout le haut eſt diviſé en un grand nombre de fenêtres; chaque fenêtre fait enſuite ſa caſcade. Il y a apparence que toute cette peinture n'étoit qu'un caprice. PL. LXVI.

---

parte dumtaxat exitum habet neſcio: judicet eruditus lector ad quam rem uſurpatus fuerit. Alia hic adeſt fiſtula vetus a D. Marchione de Caumont Avenionenſi mihi tranſmiſſa: in Muſeo noſtro alia omnino fere ſimilis extat, quam fontis pariter canalem fuiſſe putamus: ænea eſt olimque deaurata fuit, ut ex paucis auri reliquiis arguitur.

III. Epiſtomium item fontis adjicimus a R. Patre du Molinet publicatum in Muſeo S. Genovefæ, ubi aſſervatur hodieque illud æneum inſtrumentum, quod olim viri clariſſimi Peireſcii fuit. Ejus delinatio reperitur in Mſ. Bibliothecæ S. Victoris Pariſienſis codice, qui item olim D. Peireſcii fuit: is ipſe Peireſcius quædam ſcriptorum loca appoſuit, quæ hujuſmodi fontium epiſtomia commemorant. *Singulis autem canalibus*, inquit Vitruvius, 10. 13. *ſingula epiſtomia ſunt incluſa manubriis ferreis collocata, quæ manubria cum torquentur ex arca patefaciunt nares in canales.* Erant item argentea epiſtomia ex Seneca. In hoc repræſentatur figura Mercurium pene referens, ſiſtrumque tenens. Aliquot etiam hic animalia exhibentur.

IV. In Muſeo Juſtinianæo tom. 2. p. 149. illius generis fons quidam eſt, quod vocant *caſcades*, ab aquarum ſcilicet lapſibus: cum autem in Muſeo illo omnia velut antiqua offerantur uſibus eruditorum, illum fontem hic repræſentandum duxi, lectoremque moneo me non illum ipſis oculis exploraviſſe. Hic & alius in ſequenti tabula poſitus, ſoli ſunt quos viderim in monumentorum veterum libris: formam ornamentaque ſingula lector explorabit. Hic adjicimus umbellam ex orgiis Bacchicis ſecundo tomo eductam. Quinque caniſtra ſive calathi, qui ſub hæc proferuntur, ex variis hujuſce operis tomis educti ſunt.

V. Proſpectus ſequens montium, rupium, aquarum ex veteri pictura eductus eſt: aliqua hic ædificia viſuntur quædam quadrata, nonnulla rotunda; parvum item templum aut ædes in cujus ingreſſu tria numina exhibentur: capræ quoque & oves; illapſus aquarum ſingularis formæ: rivi duo ex rupe ſaliunt in ædificium rotundum, cujus pars ſumma in multas feneſtras diviſa eſt: ſingulæ poſtea feneſtræ ſuum emittunt rivum. Hæc omnia pictoris cujuſpiam commentum eſſe videntur.

CHAPITRE XVI.

I. La magnifique voliere de Varron. II. Salle à manger ſinguliere. III. Les horloges des anciens. IV. Maiſon de plaiſance de Diocletien à Spalatro. V. Allées en berceau des anciens.

Pl. LXVII

I. A Ce payiſage nous joignons cette partie de la maiſon de campagne de Varron qu'il appelle *ornithon*, ou la Voliere, dont il reſte encore aujourd'hui quelques mazures, qu'on me montra lorſque j'étois au Mont-Caſſin: la Voliere étoit entre les deux petites rivieres Vinius & Caſinus; mais on n'y reconnoit preſque plus rien. Il en reſtoit peutêtre davantage lorſque Pirro Ligorio fameux architecte & antiquaire, en dreſſa le plan & le profil il y a plus de cent ſoixante-dix ans. On ne ſe fie pas beaucoup à Pirro Ligorio; mais comme d'ailleurs ce deſſein eſt conforme à la deſcription qu'en fait Varron, nous donnerons ici ce deſſein avec ſa deſcription, qui en quelques endroits eſt preſque inintelligible; ce qui n'empêche pas qu'on n'y découvre à peu près la forme des choſes qu'il décrit. Il dit qu'à l'entrée il y avoit deux portiques ou deux grandes cages; c'étoient des bâtimens à colonnes tout autour, au deſſus & au côté deſquelles il y avoit des filets tendus pour empêcher que les oiſeaux ne s'envolaſſent. On entroit dans la cour par l'eſpace qui eſt entre les deux cages à colonnes. Deux piſcines plus longues que larges bordoient la cour à droite & à gauche. De la cour on paſſoit à la grande colonnade double, dont la premiere enceinte de colonnes étoit de pierre, & la ſeconde de ſapin: la diſtance de l'une à l'autre étoit de cinq pieds, & tout cet entredeux étoit plein d'oiſeaux que des filets tendus tout autour & audeſſus empêchoient de s'envoler. Il y avoit entre les colonnes comme un petit theatre fait comme par degrez; c'étoient des avances où les oiſeaux pouvoient ſe percher. Il y avoit là des oiſeaux de pluſieurs eſpeces, ſur tout de ceux qui chantent, comme des roſſignols & des merles. Un petit canal leur fourniſſoit de l'eau, & on leur donnoit à manger pardeſſous les filets. Sous le piedeſtal des colonnes il y avoit une pierre élevée pardeſſus le quai d'un pied neuf pouces, & le quai étoit élevé pardeſſus l'eau du baſſin de deux pieds: ſa

---

CAPUT XVI.

I. Magnificum Varronis aviarium. II. Triclinium ſingulare. III. Horologia veterum. IV. Villa Diocletiani in urbe, cui nomen Spalatro. *V. Ambulacra umbraculis contecta.*

I. HUJUSMODI proſpectui eam partem villæ Varronis adjiciemus, quam ornithon, id eſt aviarium, vocat ipſe l. 3. de re ruſtica c. 5. cujus hodieque pauciſſima rudera ſuperſunt, quæ, cum in Monte Caſſino eſſem, exhibita mihi fuerunt inter duos fluvios aut potius rivos Vinium & Caſinum; ſed nihil ibi omnino jam deprehendere poſſis. Forte plura ſupererant cum Pyrrhus Ligorius hujus aviarii proſpectum delineavit, jam anni ſunt plus quam centum & ſeptuaginta. Ligorio certe non magna fides habetur. Sed cum hic proſpectus quadret ad deſcriptionem Varronis de re ruſtica lib. 3. c. 5. eam hic imaginem profetemus, cum iis Varronis verbis quæ ad ejus deſcriptionem ſpectant; ſed hic Varro in multis ita obſcurus eſt ut non intelligatur: quod tamen non impedit, quominus illa quæ ad aviarii formam pertinent utcumque percipiantur: in ingreſſu, *in limine, in lateribus dextra & ſiniſtra* porticus erant, vel duæ caveæ columnis ſtructæ, quæ ſuperne & a lateribus erant avibus plenæ, retibus obductæ ne aves avolarent. Hinc in aream intrabatur, quam duæ piſcinæ non latæ ſed longæ terminabant. Inter eas piſcinas acceſſus in tholum erat ſeu columnationem rotundam: exteriores tholi columnæ ex lapide erant, interiores ex abiete, quæ quinque pedibus ab exterioribus diſtabant: reticuli e nervis & rete aviarium inde objecta avibus erant ne avolarent. Inter abiegnas columnas & lapideas *gradatim ſubſtructum* erat *ut διατείχιον avium: mutuli crebri omnibus columnis impoſiti, ſedilia avium. Intra retem aves ſunt omne genus, maxime cantrices, ut luſciniolæ ac merulæ, quibus aqua miniſtratur per canaliculam, cibus objiciebatur ſub retem. Subter columnarum ſtylobatem eſt lapis a falere pedem & dodrantem alta, ipſum falere ad duos*

VOLIERE DE VARRON

LXVII. *Pl. a la 134. pag. T.* III



largeur étoit de cinq pieds, afin que les convives puſſent s'y promener. Au bas du quai du côté de l'eau il y avoit des trous où les canards pouvoient ſe retirer.

II. Au milieu du baſſin étoit une petite île ronde bordée par une colonnade, qui ſoutenoit une voute ſous laquelle Varron donnoit à manger. Il y avoit au milieu une table ronde, qu'un ſerviteur faiſoit tourner ſur un pivot, enſorte qu'elle préſentoit ſucceſſivement à tous les convives les plats, les coupes & les gobelets. Au dedans de la voute on voioit un hemiſphere, où l'étoile lucifer tournoit le jour, & heſperus la nuit; l'un & l'autre marquoit les heures, & étoit verſatile. Au même hemiſphere étoient marquez les vents au nombre de huit, avec une aiguille qui étoit toujours tournée au vent qui regnoit, ſemblable à l'horloge que Cypreſte avoit faite à Athenes. Le deſſein de cette voliere eſt magnifique, comme on peut le voir ſur l'eſtampe. Il paroit que Pirro Ligorio s'eſt ſervi du texte de Varron pour faire ce deſſein. Je ne ſai s'il aura été au Montcaſſin pour reconnoitre les lieux, & tirer le plan de cette voliere. Quoi qu'il en ſoit, l'eſtampe qu'il en fit faire s'accorde avec la deſcription de Varron. Cette voliere n'étoit qu'une partie de la maiſon de campagne de Varron, qui avoit auſſi un Muſée & ſans doute d'autres bâtimens, dont nous ignorons la forme.

III. Nous venons de parler après Varron de l'horloge que Cypreſte avoit faite à Athenes; à l'occaſion de quoi nous dirons que les horloges à roues n'étant point encore en uſage dans ces anciens tems, & que l'invention en étant dûe à des ſiecles fort poſterieurs, on ne ſe ſervoit que d'horloges ſolaires, & de clepſydres ou d'horloges d'eau. L'invention de la gnomonique & des quadrans ſolaires eſt fort ancienne : les Grecs, dit Herodote, ont appris des Babyloniens la gnomonique & la diviſion du jour en douze parties. Longtems devant Herodote il eſt parlé d'une horloge ſolaire au liv. 4. des Rois & dans Iſaie, quoique cet endroit ſouffre bien de la difficulté. Mais quand même il y ſeroit parlé certainement des horloges ſolaires, cela n'empêcheroit pas que l'invention n'en pût être attribuée aux Babyloniens grands aſtronomes, & grands calculateurs des tems. Ce fut Anaximene Mileſien, diſciple d'Anaximandre, dit Pline, qui trouva la gnomonique, & montra à Lacedemone l'horloge qu'on appelle ſcioterique. Diogene Laerce au commencement de la vie d'Anaximandre attribue après Phavorin cette invention portée à Lacedemone au maitre d'Anaximene. L'invention en fut portée à

---

pedes altum a ſtagno, latum ad quinque, ut in culcitas & columellas convivæ pedibus circumire poſſint. Circum falere navalia erant excavata anatium ſtabula.

II. In lacu illo intra columnationem poſito tholus alter erat fornicatus quo Varro triclinio utebatur; ibi menſa rotæ radiatæ forma quæ a puero miniſtrante ita vertebatur, ut omnia ad comedendum & bibendum admoverentur ad omnes convivas. Intrinſecus ſub tholo ſtella lucifer interdiu, noctu heſperus ita circuibant ad inferum hemiſphærium, ac movebantur, ut indicarent quot eſſent horæ. In eodem hemiſphærio medio circum cardinem erat orbis ventorum octo, ut Athenis in horologio quod fecit Cypreſtes. Ibique eminens radius e cardine ad orbem ita movebatur, ut eum tangeret ventum qui flaret, ut intus ſcire poſſes. Hujus aviarii conſpectus magnificus eſt ut in imagine videas. Videtur Pyrrhus Ligorius Varronis deſcriptione uſus ad hujuſmodi conſpectum parandum : nam utrum loca ipſe unquam inſpexerit ignoro. Ut ut eſt, imago quam ille depinxit cum Varronis deſcriptione conſentire videtur.

III. De horologio quod Cypreſtes Athenis fecerat poſt Varronem modo loquebamur : qua occaſione hæc de horologiis pauca trademus. Horologia illa rotis mobilia nondum in uſu erant priſcis illis temporibus; hoc quippe inventum longe poſterioribus ſæculis debetur. Priſci vero horologiis tantum ſolaribus atque clepſydris utebantur. Gnomonices autem & horologii ſolaris inventio admodum antiqua eſt : Græci, inquit Herodotus, 2. 109. a Babyloniis gnomonicen edidicerunt, & diviſionem diei in duodecim partes. Diu ante Herodotum horologium ſolare memoratur libro 4. Regum 20. 11. & apud Iſaïam cap. 38. v. 8. locus tamen eſt explicatu difficilis : etſi vero hic de horologio ſolari ſermo haberetur; id non impediret quominus ejus inventio poſſit attribui Babyloniis, aſtronomiæ chronologiæque deditis. Anaximenes Mileſius Anaximandri diſcipulus, inquit Plinius 7. 60. gnomonicen invenit, & Lacedemone oſtendit horologium Sciotericon dictum. Diogenes Laertius poſt Phavorinum Anaximenis magiſtro hoc inventum tribuit, initio vitæ Anaximandri. Hoc inventum Ro-

Rome, dit Pline, par Lucius Papirius Curſor douze ans avant la guerre contre Pyrrhus, & cette horloge fut miſe au temple de Quirinus. Il en fut fait d'autres dans la ſuite des tems. Auguſte fit au champ de Mars une horloge que Pline qualifie d'admirable, où un obeliſque ſervoit de gnomon; il y fit un pavé de pierres, & mit des marques de cuivre par le moien deſquelles on connoiſſoit à l'ombre la longueur des jours & des nuits. Mais comme ces horloges ſolaires ne pouvoient ſervir dans les tems nebuleux & couverts, on fit des horloges d'eau, qui marquoient les heures du jour & de la nuit. L'invention en eſt attribuée à Scipion Naſica. Dans les grandes maiſons il y avoit des domeſtiques chargez du ſoin d'avertir leurs maitres qu'il étoit telle ou telle heure. Trimalchion, dit Petrone, avoit une horloge dans ſon triclinion ou ſa grande ſalle à manger, & avoit établi un trompette pour annoncer les heures, & pour lui apprendre de fois à autre combien il avoit perdu du tems de ſa vie. Le même ordonna par ſon teſtament qu'on feroit une horloge ſur ſon tombeau à l'endroit où ſeroit l'épitaphe, afin que ceux qui voudroient ſavoir quelle heure il étoit, fuſſent obligez bon-gré malgré de lire ſon nom.

Pl. LXVIII. IV. Le palais de Diocletien à Spalatro en Dalmatie eſt encore une maiſon de campagne fameuſe, où il ſe retira après qu'il eut abdiqué l'Empire. C'étoit auprès de Salone. Il s'eſt depuis bâti une ville au palais même de Diocletien, laquelle a pris le nom de *Palatium* avec quelque corruption: Spalatro vient de *palatium*; cet S ajouté devant n'eſt pas ſans exemple: auprès de l'Abbayie de la Graſſe au Dioceſe de Carcaſſonne il y a un Prieuré dépendant de la même Abbaye, qui s'appelloit anciennement *Palatium* ou *Palatiolum*, qu'on nomme aujourd'hui *Spalais*. L'enceinte de l'ancienne maiſon de campagne de Diocletien fait aujourd'hui les deux tiers de la ville de Spalatro. Elle fait un quarré parfait. » Il y a, dit Spon, une porte au milieu de cha- » que face. Des quatre portes il en reſte trois d'une architecture auſſi belle » que ſolide. Des pierres ſous l'arc ſont entées en mortaiſe les unes ſur les » autres; ceux qui bâtiſſoient alors prétendant de cette maniere de rendre » leur voute plus aſſurée. Aux côtez de chaque porte il y avoit deux petites tours » hexagones qui gardoient l'entrée, & y ajoutoient quelque embelliſſement. » Tout ce quartier de la ville enfermé dans cette enceinte eſt vouté en pluſieurs » endroits, & a quantité de maſures antiques. Du côté de la marine il y avoit

---

mam allatum fuit, inquit Plinius 7. 60. a Lucio Papirio Curſore annis duodecim ante bellum contra Pyrrhum, quod horologium in templo Quirini poſitum fuit. Alia inſequentibus temporibus horologia facta ſunt. Auguſtus in campo Martio horologium fecit, quod admirabile fuiſſe Plinius ait: obeliſcus gnomonis loco erat, inque ſtrato lapideo æneas notas poſuit, quarum in umbra dierum noctiumque longitudo cognoſcebatur. Quoniam autem hæc horologia ſolaria nebuloſo tempore uſui eſſe non poterant, horologia aquaria ſive clepſydræ factæ ſunt, quæ dierum noctiumque horas ſignificarent. Hoc inventum Scipioni Naſicæ adſcribitur. In primariorum virorum ædibus domeſtici erant quibus hæc cura demandata, ut quæ hora eſſet identidem indicarent. Trimalchio, inquit Petronius, horologium in triclinio habebat, & buccinatorem qui horas nunciaret, *ut ſciat*, inquit, *ſubinde quantum de vita perdiderit*. Idem ipſe teſtamento juſſit, in ſepulcro ſuo horologium poni quo loco epitaphium eſſet; *ut quiſquis*, ait, *in horas inſpiciet, velit nolit nomen meum legat*.

IV. Diocletiani in Dalmatia palatium, in urbe quæ hodie *ſpalatro* vocatur, villa etiam celebris fuit, quo loco ſe ille recepit poſt abdicatum imperium. Palatium illud prope Salonem erat, in quo palatio deinde urbs ex ejuſdem ruderibus ſtructa eſt: quæ urbs Palatii nomen habuit, quadam poſtea admiſſa in nomine mutatione; *ſpalatro* enim ex palatio factum. S illud præmiſſum non exemplo caret; in Diœceſi enim Carcaſſonenſi prope Abbatiam S. Mariæ Craſſenſis *Prioratus* eſt ex eadem Abbatia dependens, qui olim palatium vel palatiolum vocabatur hodieque *Spalais* dicitur. Villæ Diocletiani ambitus urbis iſtius duas tertias partes complectitur: villa ſola quadratum perfectum efficit. *In medio lateris cujuſlibet*, inquit Sponius, *porta eſt: ex quatuor vero portis tres ſuperſunt eleganter ſimul atque ſolide ſtructæ: lapides arcuum excavati unuſque in alium inſerti ſunt. Qui hoc pacto ædificabant, ſic putabant fore fornicem diuturniorem. A lateribus cujuſque portæ erant duæ parvæ turres hexagonæ, ad cuſtodiam ſimul oſtii atque ad ornatum. Ea pars urbis quæ palatii ambitu cingitur multis in locis fornicibus inſtructa eſt, plurimaque præfert rudera. Verſus mare Xyſtus erat, atque murus eadem altitudine, ſed*

MAISON DE CAMPAGNE DE DIOCLETIEN

LXVIII *Pl. a la 134. pag. T. III*



Spon

La Chausse

PARC AVEC DES ALLÉES COUVERTES

1



Sepulchre des Nasoni

VASES A CONSERVER DU VIN

2

Thiroux

3

Thiroux

4

Thiroux

un coridor entre le palais, & un mur élevé à même hauteur, mais percé de« fenêtres qui lui laiſſoient la vûe de la mer. Ces fenêtres ont des entreco-« lonnes & une friſe deſſus d'ordre Dorique aſſez bien proportionnée. Cha-« que face de l'enceinte a deux cens vingt pas de longueur. Il ne reſte d'an-tique dans tout cet eſpace que trois petits temples, l'un octogone, l'autre quarré, & l'autre rond. Entre ces temples il y a un portique quarré, dont les trois côtez reſtent à arcades & à colonnes. Spon croit que c'eſt encore un reſte de temple; cela peut être: mais ſur ſon eſtampe que nous avons co-piée ici, cela a tout l'air d'un portique qui pourroit avoir ſervi à une mai-ſon auſſi-bien qu'à un temple. Il ne reſte rien des logemens que Diocletien avoit bâtis; tous les materiaux en auront apparemment été emploiez à con-ſtruire les maiſons des particuliers. Audeſſous de cette enceinte nous don-nons la forme d'un de ces vaſes que les anciens mettoient pour ornement dans leurs jardins & dans leurs parterres.

V. Ils avoient auſſi des allées couvertes de branches & de feuilles de vigne. Nous en voions de ſemblables dans les peintures des ſepulcres des Naſons. Celle que nous donnons ici [1] eſt à l'extrémité d'un parc, dont la clôture eſt de treillis faits de cannes. Deux cerfs courent dans le parc, deux hommes & un chien les pourſuivent: il y a deux iſſues, à chacune deſquelles ſont deux autres hommes pour empêcher les cerfs de gagner les champs. PL. LXIX. 1

---

feneſtris plurimis inſtructus ad proſpectum maris. Feneſtræ illæ intercolumnia habent, Zophorumque Dorici ordinis proportione quadam concinnatum: quæque quadrati ambitus facies ducentos viginti paſſus longitudinis habet. In hoc toto ſpatio hæc tantum vetera monumenta ſuperſunt, tria parva templa, quorum unum octogonum eſt, alterum quadratum, tertium rotundum. Inter hæc templa porticus eſt quadrata, cujus tria latera ſuperſunt columnis & arcubus inſtructa. Putat Sponius porticum illam eſſe reſiduam templi partem, quod a veriſimili non abhorret; ſed in ejus ſchemate, quod hic accurate protulimus, hæc porticus ad ædes quaſdam pertinere potuiſſe videtur perinde atque ad templum. Ex ædium partibus nihil ſupereſt; lapides omnes, ut videtur, conſtruendis domibus urbis adhibiti fuerint. Sub ambitu palatii vaſis cujuſdam figuram dedimus, eorum ſcilicet quæ in hortis & pomariis ad ornatum apponebantur.

V. Etiamque tectas umbraculis foliiſque ambulationes habebant veteres; hujuſmodi conſpicimus in picturis ſepulcri Naſonum: ea quam [1] hic proferimus ſepti cujuſdam extremam oram occupat, ſepti loco cancelli ex arundinibus concinnati eſſe videntur. Duo cervi in ſepto currunt inſequentibus viris duobus atque cane. Duo ſunt oſtia, & ad ſingula viri duo, qui impediant, ne per hæc oſtia cervi elabantur & in agrum aufugiant.

LIVRE IV.

Les vaſes & les vaiſſeaux de toute eſpece, les meſures, l'as & ſes parties, les monnoies & les poids.

CHAPITRE PREMIER.

I. Les vaſes Corinthiens. II. Les vaſes Necrocorinthiens de terre cuite. III. Vaſes donnez en preſent aux feſtins. IV. Vaiſſeaux de Coptos en Egypte; vaiſſeaux Samiens & Deliaques.

I. NOus traitons ici de toutes ſortes de vaſes & de vaiſſeaux, dont on trouve un grand nombre de noms differens: les monumens nous montrent auſſi beaucoup de vaſes de diverſe forme, auxquels il n'eſt pas toujours aiſé d'appliquer le veritable nom. Pluſieurs de ces vaſes prenoient leurs noms de la matiere dont ils étoient compoſez; comme les vaſes Corinthiens ſi renommez, compoſez du metal qui s'étoit formé à l'incendie de la ville de Corinthe brûlée par l'armée Romaine commandée par L. Mummius. L'or, l'argent, le cuivre & les autres metaux fondus ſe mêlerent, & firent un certain mélange, qui fut depuis plus eſtimé que l'or même.

II. Strabon parle d'une autre ſorte de vaſes Corinthiens, qui furent trouvez lorſqu'on rebâtit la ville de Corinthe ruinée pluſieurs années auparavant. Corinthe, dit-il, aiant demeuré longtems deſerte, elle fut rebâtie par Ceſar, qui jugeant ce lieu trop important pour le laiſſer deſert, y envoia une colonie d'affranchis: ceux-ci en fouillant dans les maſures & dans les ſepulcres trouverent quantité de vaiſſeaux & d'ouvrages de terre cuite, & pluſieurs autres de cuivre. Ils en admirerent l'artifice, & cela les encourageant à faire de nouvelles recherches, ils déterrerent & ouvrirent tous les tombeaux, & ramaſſerent un tres-grand nombre de vaſes qu'ils vendirent fort

LIBER IV.

Vaſa cujuſvis generis, menſuræ, as, ejuſque partes, monetæ, pondera.

CAPUT PRIMUM

I. Vaſa Corinthia. II. Vaſa Necrocorinthia fictilia. III. Vaſa dono data in conviviis. IV. Vaſa Copti in Ægypto: vaſa Samia & Deliaca.

I. HIc de vaſis cujuſvis generis atque formæ tractamus, quorum nomina multa variaque apud ſcriptores occurrunt. Vaſa quoque innumera diverſæ formæ in monumentis veterum conſpicimus, quibus ſua nomina propria adſcribere difficile eſt. Hujuſmodi vaſa bene multa ex materia nomen habebant: ſic erant vaſa Corinthia illa celeberrima ex eo metallo facta, quod incenſa per exercitum Romanum. L. Mummio duce, Corintho confectum eſt. Aurum, argentum, æs, aliaque metalla fuſa conflataque unam in materiam coaluerunt, quæ deinde auro ipſo precioſior habita fuit.

II. Aliud vaſorum Corinthiorum genus commemorat Strabo lib. 8. p. 263. quæ vaſa reperta ſunt quando reſtaurata Corinthus fuit, diu ſcilicet poſtquam incenſa exciſaque fuerat. *Poſtquam*, inquit, *Corinthus diu deſerta manſerat, a divo Cæſare propter loci opportunitatem, miſſis eo in coloniam libertinis plurimis, reſtaurata fuit. Hi cum rudera moverent, & ſepulcra effoderent, teſtacea opera plurima, atque etiam ærea invenerunt, quorum artificium admirati, nullum ſepulcrum non effoderunt: magnaque vaſorum id genus copia potiti, Romam impleverunt Necrocorinthiis va-*

cherement

cherement. La ville de Rome fut remplie de ces ſortes de vaſes, qui furent appellez Necrocorinthiens, nom qu'on donnoit principalement à ceux qui étoient de terre cuite. Au commencement ces vaſes furent fort eſtimez, & n'étoient pas moins chers que les vaſes Corinthiens de cuivre : enfin la mode en paſſa. Il paroit par ce qu'Athenée dit au commencement de ſon premier livre, que les vaſes de terre cuite de Chio étoient eſtimez.

III. Juſqu'au tems des Macedoniens, dit Athenée, on ſe ſervoit dans les feſtins de vaſes de terre cuite : mais les Romains s'étant depuis ce tems-là fort adonnez au luxe, Cleopatre qui fut la derniere des Reines d'Egypte voulut les imiter ; & pour ne pas changer le nom des anciens vaſes, elle appella *cerames* ou vaſes de terre cuite, les coupes d'or & d'argent qu'elle donnoit aux convives lorſqu'ils ſe retiroient. Ces preſens qu'on faiſoit aux convives aux grands feſtins, s'appelloient *apophoreta*. C'étoit un uſage établi, dont on trouve pluſieurs exemples dans l'antiquité. Celui de donner des coupes d'or & d'argent aux convives étoit d'une dépenſe exceſſive, qu'apparemment on ne repetoit pas ſouvent ; cela ne ſe faiſoit pas aſſurement dans ces anciens tems où l'or étoit ſi rare, que Philippe roi de Macedoine, pere d'Alexandre le Grand, cachoit toutes les nuits ſous ſon chevet une petite phiole d'or qu'il avoit, de peur qu'on ne la lui volât.

IV. Entre les vaſes de terre cuite ceux de Coptos en Egypte étoient de grand prix ; on les compoſoit avec des aromates, dont ils conſervoient l'odeur. Les vaſes Samiens étoient encore fort eſtimez : La plûpart des gens, dit Pline, « ſe ſervent de vaſes de terre cuite : on eſtime les vaiſſeaux Samiens pour les « mets de table. Quelques-uns croient que ce nom vient de la ville de Samos « en Grece ; les autres diſent qu'il vient d'une certaine craie qu'on trouve en « Italie non loin de Rome, qu'on appelle Samienne. » Il y a apparence que ſi ces vaſes étoient faits de cette craie d'Italie, on ne l'appelloit Samienne qu'à cauſe de ſa reſſemblance avec celle de Samos. Feſtus parle des vaſes Leſbiens, qui ne prenoient pas ce nom de la matiere, mais qui s'appelloient ainſi parce que la forme & l'invention en avoient été trouvées à Leſbos. Il n'en étoit pas de même des vaſes Deliaques ; c'étoit la matiere qui leur donnoit ce nom ; le cuivre de Delos étoit fort eſtimé, & alloit quaſi de pair avec celui de Corinthe. Ciceron accuſe Verrès d'avoir emporté beaucoup de vaſes Deliaques & beaucoup de vaſes Corinthiens.

ſis magno precio divenditis : ſic enim appellabant ex ſepulcris educta illa vaſa, maxime teſtacea, quæ initio magno in precio fuerunt, neque æreis Corinthiis viliora habebantur, ſed demum ea perquirere deſitum eſt. Ex iis quæ initio libri primi ait Athenæus, liquet vaſa figlina inſulæ Chiûs in precio item habita fuiſſe.

III. Uſque ad Macedonum tempora, inquit alibi Athenæus poſt Jubam p. 229. figlinorum vaſorum in conviviis uſus erat : ſed cum poſtea Romani luxui admodum dediti fuiſſent, Cleopatra Reginarum Ægypti poſtrema ipſos imitari ſtuduit, utque in nominibus vaſorum nihil mutaret, *cerama* ſeu figlina vocavit vaſa etiam aurea argenteaque, quæ convivis cum recederent a convivio dabat. Hæc vero munera in magnis oblata conviviis apophoreta vocabantur. Hujuſmodi uſus non pauca illis temporibus exempla reperiuntur : dona vaſorum aureorum argenteorumque convivis oblata immenſum ſumtum poſtulabant ; neque frequenter, ut credere eſt, repetebantur. Non antiqui moris illud erat, neque in ea remotiora tempora conferendum, ubi uſque adeo rarum aurum erat, ut Philippus Macedoniæ Rex, pater Alexandri Magni, teſte Athenæo p. 231. ſingulis noctibus ſub pulvinari vas aureum abſconderet, ne ſibi furto abriperetur.

IV. Inter vaſa figlina, inquit idem Athenæus p. 464. quæ in Copto Ægypti urbe fiebant ingentis erant precii : ea conficiebantur cum aromatibus, quorum odorem conſervabant. Samia vaſa magno etiam in precio habebantur, aitque Plinius pleroſque fictilibus uti vaſis ; vaſaque Samia in precio habita, atque pro ferculis ad menſam adhibita fuiſſe : alioſque putare hoc nomen ex urbe Samo in Græcia ipſis inditum ; alios ex creta, quæ non procul Roma reperitur, quæque vocatur Samia, confici. Veriſimile eſt ſi quidem ex creta quadam Italica hæc vaſa facta fuerint, Samia dicta fuiſſe ob ſimilitudinem cretæ illius cum Samia creta. Feſtus Lesbia vaſa commemorat, quæ non ex materia nomen acciperent, ſed quia eorum forma inventioque huic inſulæ debebatur. Non idem dicendum de vaſis Deliacis, quæ a materia ſic vocabantur. Æs Deliacum in precio habebatur, peneque par erat Corinthio. Cicero Verrem incuſat, quod ex Syracuſis multa Deliaca, multa Corinthia vaſa abſtuliſſet.

CHAPITRE II.

I. Les vaſes Murrhins ou Myrrhins. II. On diſpute ſi c'étoient les mêmes que les vaſes d'onyx. III. Les vaſes de cryſtal.

I. Les vaſes Murrhins ou Myrrhins, qui étoient d'un prix extraordinaire à Rome, y furent apportez pour la premiere fois par Pompée à ſon triomphe après ſon retour de l'Orient. Les ſix vaſes Murrhins qu'il en rapporta, furent dédiez à Jupiter Capitolin. Ces vaſes, ou la matiere dont on les faiſoit, ſe trouvoient en pluſieurs endroits de l'Orient, mais principalement dans l'Empire des Parthes, & ſur tout dans la Carmanie. On croit, dit Pline, qu'une certaine matiere humide ſe condenſe ſous terre par la chaleur: ces parties condenſées ne ſont jamais plus grandes qu'un petit *abacus* ou contoir, ni plus épaiſſes qu'il ne faut pour une taſſe à boire. L'éclat n'en eſt pas grand; ces vaſes ſont plus propres que brillans: ce qui en fait le plus grand prix, c'eſt la diverſité des couleurs. Les taches approchent tantôt de la couleur de la pourpre, tantôt elles ſont blanches, quelquefois les deux couleurs mêlées enſemble approchent de la couleur du feu & de cette pourpre moins foncée, dont la couleur eſt plus claire, & où le blanc prend une petite teinture du rouge. Ces vaſes ont encore une odeur qui les fait plus eſtimer.

II. Ce ſont les termes de Pline, ſur leſquels s'eſt élevée une grande diſpute entre les Critiques & les Antiquaires. Il y en a des uns & des autres qui ſoutiennent que cette Myrrha, d'où vient le nom de vaſes Myrrhins, n'eſt autre choſe que l'onyx: ils ſe fondent ſur la diverſité des couleurs que Pline rapporte, qui ſe trouvent aſſez ſouvent ſur les onyx, & ſur un paſſage d'Appien qui appelle des vaſes d'onyx ceux-là mêmes que Pompée apporta à ſon triomphe, que Pline appelle Myrrhins. Eggeling & Beger ſont ſi perſuadez que les vaſesMurrhins étoient la même choſe que ceux d'Onyx, qu'ils n'ont fait aucune difficulté d'appeller deux vaſes d'Onyx,l'un du cabinet deBrunſvic, & l'autre de celui de Brandebourg, des vaſes Murrhins. Beaucoup d'autres ſavans hommes rejettent cette opinion, & diſent qu'Appien parle là d'autres vaſes que de ceux dont Pline fait mention; que les vaſes appellez Myrrhins

---

CAPUT II.

I. Vaſa Murrhina vel Myrrhina. II. An eadem fuerint quæ Onychina diſputatur. IV. Vaſa cryſtallina.

I. Circa Murrhina, ſive Myrrhina vaſa diſputatur, quæ ingentis erant precii Romæ, quo primum comportata ſunt, inquit Plinius 37. 2. a Pompeio cum redux ex Oriente triumphavit. Sex quæ ille attulit vaſa Murrhina Jovi Capitolino conſecrata fuere. Hæc vaſa ſeu materia illa ex qua conficiebantur, in multis Orientis locis reperiebantur, præcipue autem in Imperio Parthico, maximeque in Carmania. *Humorem putant*, inquit Plinius ibid. *ſub terra calore denſari. Amplitudine nuſquam parvos excedunt Abacos, craſſitudine raro quanta dictum eſt vaſi potorio. Splendor his ſine viribus, nitorque verius, quam ſplendor. Sed in precio varietas colorum, ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram candoremque, & tertium ex utroque igneſcentem, velut per tranſitum coloris purpura rubeſcente, aut lacte candeſcente . . . Aliqua & in odore commendatio eſt.*

II. Ex hiſce Plinii dictis ingens eſt contentio obortа inter Criticos Antiquarioſque. Sunt ex utriſque qui dicant Murrham ſeu Myrrham illam ex qua vaſa Murrhina, nihil aliud eſſe, quam Onycha; argumentumque ducunt a varietate colorum de qua Plinius ſupra, qui frequenter in Onychinis reperiuntur: ex loco item Appiani, qui Onychina vaſa vocat ea, quæ Pompeius triumphans detulit, quæque Plinius Murrhina appellat. Eggelingus Begeruſque uſque adeo pro certo indubitatoque habent vaſa Murrhina eadem ipſa eſſe quæ Onychina, ut duo vaſa Onychina, alterum ex gaza Brunſvicenſi, alterum ex Muſeo Brandeburgico vaſa Murrhina appellaverint. Alii vero eruditi viri eam refellunt opinionem, dicuntque Appianum alia memorare vaſa, quam ea quæ Plinius Murrhina vocat: vaſa autem Murrhina ab Onychi-

ſont fort bien diſtinguez dans Lampridius, qui dit qu'Elagabale ſe ſervoit pour pots de chambre de vaſes Myrrhins & de vaſes d'Onyx ; qu'aucun des anciens n'a jamais dit que *Murrha* & *Onyx*, & les vaſes Murrhins & d'Onyx fuſſent la même choſe ; qu'Arrien diſtingue auſſi la Myrrhe de l'Onyx ; ce que font auſſi Martial, Juvenal & pluſieurs autres auteurs ; que Properce marque aſſez que ce qu'on appelloit *Murrhea pocula* étoit d'une matiere cuite au feu,

Murrheaque in Parthis pocula cocta focis.

Il y en a qui fondez ſur ce paſſage croient que ces vaſes Murrhins étoient une eſpece de pourcelaine : je ſuis perſuadé que les vaſes qu'on appelloit Myrrhins étoient differens de ceux d'Onyx, quoiqu'on ne ſache pas en quoi conſiſtoit cette difference. Je n'oſerois non plus décider ſi cette matiere humide qu'on appelloit *Murrha*, ſe condenſoit en pierre dans la terre même, comme ſemblent le dire Pline & Arrien ; ou ſi on emploioit le feu pour la condenſer, comme le dit aſſez clairement Properce ci-deſſus. Car prétendre que les *Parthi foci* étoient des feux ſouterrains du payis des Parthes, c'eſt, ce me ſemble, faire violence à la lettre.

III. Les vaſes de cryſtal étoient encore de grand prix chez les anciens ; leur fragilité ne diminuoit en rien l'eſtime qu'on en faiſoit, dit Seneque. Ils avoient encore des vaſes d'or & d'argent en quantité : le plus grand nombre étoit de bronze, de terre cuite, de bois & de verre.

---

nis apud Lampridium diſtingui, cum ait de Heliogabalo ; *in Murrhinis & Onychinis minxit* : neminemque veterum unquam dixiſſe Murrham & Onycha, vel vaſa Murrhina & Onychina idipſum eſſe : Arrianum etiam Murrham ab Onyche diſtinguere ; ſimiliterque Martialem, Juvenalem, plurimoſque alios ; Properciumque ſignificare ea quæ Murrhea pocula vocabantur, ex materia igne cocta & addenſata fieri ;

Murrheaque in Parthis pocula cocta focis.

Quo fulti loco quidam putant hæc vaſa ceu *porcellanam* quamdam fuiſſe. Perſuaſum utique habeo vaſa illa quæ Murrhina vocabantur ab Onychinis diverſa fuiſſe, etſi in quo ſitum diſcrimen eſſet, non ſatis percipiam : nec auſim pronunciare, utrum hæc materia humida, quam Murrham vocabant, in ipſa terra condenſaretur in lapidemque coaleſceret, quod Plinius Arrianuſque dicere videntur ; an vero igne condenſaretur, ut ſatis aperte Propertius ait :

Murrheaque in Parthis pocula cocta focis.

Nam qui Parthicos focos hic interpretantur de focis ſubterraneis intra ipſam Parthicam terram poſitis, hi mihi videntur dicto Propercii vim inferre.

III. Cryſtallina etiam vaſa apud veteres magno in precio erant, neque fragilitas precium exiſtimationemque minuebat, teſte Seneca. Vaſa item multa aurea erant & argentea ; majore autem numero ænea, figlina, lignea atque vitrea.

CHAPITRE III.

I. Les vaſes diſtinguez ſelon leur grandeur & leur uſage. II. Grands vaiſſeaux de terre où l'on conſervoit le vin & les liqueurs. III. Ils étoient marquez du nom de leurs maitres. IV. Les futailles en uſage chez les Romains, dont quelques-unes étoient d'énorme grandeur.

I. NOus parlons ici des vaiſſeaux & des vaſes de toute grandeur & à tout uſage; & pour garder quelque ordre, nous diſtinguerons tous ces vaiſſeaux & ces vaſes ſelon leur forme & leur grandeur, pour parler enſuite de chaque eſpece en particulier. Il y avoit des vaiſſeaux pour la cuiſine, d'autres grands vaiſſeaux pour conſerver le vin & les liqueurs, d'autres pour differens uſages dans les maiſons, comme cruches, flacons, bouteilles, phioles; d'autres pour boire, comme coupes, taſſes, hanaps, gobelets. Nous avons déja parlé des vaiſſeaux dont on ſe ſervoit à la cuiſine, que les anciens monumens nous conſervent en petit nombre, & nous en avons donné la figure.

II. Venons maintenant aux vaiſſeaux où les anciens gardoient le vin, qu'ils appelloient *dolia*, *ſeriæ*, *amphoræ*. C'étoient le plus ordinairement de grands vaiſſeaux de terre, dont la plûpart étoient pointus par le bout pour les enfoncer dans la terre ou dans le ſable. J'en ai vu un grand nombre dans le jardin de feu M. Voiret Conſul de la nation Françoiſe à Rome; ce jardin étoit ſitué devant S. Matthieu *in Merulana:* c'eſt l'endroit où étoient les potiers de l'ancienne Rome, comme nous l'apprend Varron, qui dit que la poterie eſt à la droite du bois ſacré Eſquilin. Ce bois Eſquilin étoit ſelon l'opinion commune à la deſcente du mont Eſquilin, au lieu où eſt aujourd'hui S. Matthieu *in Merulana*, à la droite duquel ſans autre entredeux que la rue, étoit la vigne de M. Voiret. Il nous diſoit qu'en y faiſant travailler il avoit deterré plus de cent de ces grandes cruches, dont il avoit donné une bonne partie à diverſes perſonnes; il en avoit auſſi gardé une grande rangée, que nous conſiderames à loiſir. Elles étoient un peu differentes en grandeur, & pouvoient tenir chacune environ vingt-cinq ou trente de nos pintes: la plûpart étoient pointues par le bas pour les enfoncer dans la terre ou dans le ſable. Nous donnons ici [2] la forme de quelques-unes. Une trouvée à Autun eſt plus large que

---

CAPUT III.

I. Vaſa ſecundum magnitudinem & uſum diſtincta. II. Dolia figlina, ubi ſervabantur vina & liquores. III. Nomine patroni ſignata. IV. Dolia lignea in uſu apud Romanos quorum quædam immanis amplitudinis.

I. HIc de vaſis cujuſvis magnitudinis amplitudiniſque agimus, ac cuivis uſui deputatis; utque ordine procedamus, hæc vaſa ſecundum formam amplitudinemque diſtinguemus, ut ad vaſa cujuſvis ſpeciei poſtea tranſeamus. Inter majora vaſa alia coquinaria erant, alia ſervandis vinis liquoribuſque deputata; alia ad varios rei familiaris domeſticæque uſus, ut amphoræ, lagenæ, ſcyphi, phialæ; alia ad potandum, ut crateres, pocula, calices, cululli. De coquinariis vaſis diximus, quorum ſchemata perpauca ex monumentis eduximus.

II. Jam ad alia vaſa ſervando vino, nempe dolia, ſerias, amphoras veniendum. Ea ut plurimum figlina vaſa ampliſſima erant, ab ima parte in acumen deſinentia, ut in humo aut in arena infigerentur. Magnam eorum copiam vidi Romæ in villa D. Voiret Gallicæ nationis conſulis ante S. Matthæum in Merulana. Eo loco veteris Romæ figuli habitabant, ut ait Varro de Eſquiliis agens. *Oppius mons*, inquit, *quarticeps ſos lucum Eſquilinum via dexterior in figlineis eſt.* Lucus autem Eſquilinus, quem figlineis ſive officinæ figulorum vicinum indicat Varro, verſus S. Matthæum in Merulana a peritioribus locatur, quæ Eccieſia vico ſolum intermedio a Voiretiana villa diſterminatur. Narrabat ille D. Voiret ſe dum terram excavari curaret, pluſquam centum hujuſmodi vaſa eduxiſſe, quorum partem amicis dederat, partem longa ſerie in villa ſua ſervabat, quæ ad libitum inſpeximus: inter ea aliquod diſcrimen in magnitudine intercedebat, ſingula vero viginti quinque aut triginta circiter pintas, ut vocant Pariſienſes, capere poterant; maxima pars in acumen deſinebant quo poſſent in terram infigi. Aliquot eorum hic [2] formam proferimus; vas hujuſmodi

GRANDS VASES POUR TENIR DU VIN OU D'AUTRES LIQUEURS

LXX. *Pl. a la 142. page T. III*

les autres. J'en ai vu de bien plus grandes que celles de M. Voiret à la vigne Altieri, qui n'eſt pas loin de celle-ci. Les deux plus groſſes qu'on ait encore vues, ſont celles de la *villa Ludoviſia*, qu'on a miſes ſur de grands piedeſtaux; elles tiennent chacune plus d'un muid. C'étoient ces vaiſſeaux de terre cuite où les anciens mettoient leur vin, & où ils gardoient les vins vieux comme dit Martial; *Il y a là pluſieurs vaiſſeaux de terre qui ſentent le vin vieux.* Ces grands vaiſſeaux [3] qui ont deux anſes, comme on le voit ici, s'appelloient *diota* [4], c'eſt-à-dire un vaiſſeau à deux oreilles ou à deux anſes; c'eſt ainſi que les appelle Horace: *Produiſez-nous, mon cher Thaliarque, ce vin de la Sabine, tiré du grand vaiſſeau à deux anſes, ce vin de quatre feuilles.* Les anciens eſtimoient fort le vin vieux: dans une ancienne inſcription greque que j'ai publiée au Journal d'Italie, il eſt dit qu'on donnera un certain jour une grande cruche de terre pleine de vin de trois feuilles. 3 4

III. Ces grands vaiſſeaux de terre étoient ſouvent marquez du ſceau de leurs maitres, qui les faiſoient mettre tandis que la terre étoit encore molle, & avant qu'elle fut cuite. J'en remarquai deux dans la vigne de M. Voiret, dont l'un portoit ce nom C. CALER. & l'autre celui-ci, L. SAL.... qui n'eſt pas entier, parceque le vaſe étoit caſſé en cet endroit. Nous avons un tres-grand nombre de ces cachets ordinairement quarrez longs, & quelquefois d'autre forme, qu'on imprimoit ſur les vaſes de terre, avant que de les faire cuire & ſecher. Nous les donnerons plus bas au chapitre des cachets.

Une partie des vaſes de la planche ſuivante paroit avoir ſervi au même uſage. Nous y en ajoutons pluſieurs autres de differente forme, ſans pouvoir dire à quoi ils ont ſervi. PL. LXX.

IV. Les Romains avoient auſſi l'uſage des futailles & des barriques faites de douves & de cerceaux, comme les nôtres. Nous en voions ſouvent ſur les colonnes Trajane & Antonine. C'étoit apparemment pour la commodité du tranſport, & pour en pourvoir les armées; nous n'en voions preſque jamais que ſur des chariots & ſur des bâteaux. Ils s'en ſervoient auſſi dans les maiſons. Strabon parlant de cette partie d'Italie qu'on appelle aujourd'hui la Lombardie, & louant beaucoup ſa fertilité, pour marquer l'abondance du vin qui s'y recueilloit, dit qu'on y faiſoit des tonneaux de bois plus grands que des maiſons, οἱ πίθοι ξύλινοι μείζους οἴκων εἰσί. Je crois qu'on peut conclure de là que les maiſons y étoient fort petites.

Auguſtoduni repertum aliis amplius capaciuſque inſcriptionem habet a primis vocum literis P.S.A.X. In Alteriana villa longe majora hujuſmodi vaſa ſeu dolia vidi, quam in Voiretiana: quæ maxima omnium viſuntur, in villa Ludoviſia ſunt, ſupra ſtylobatas poſita, quæ ſextarios, ut puto, pluſquam trecentos capiunt. Erant figlina vaſa in queis vina aſſervabantur, ſenes autumni, inquit Martialis,

Et multa fragrat teſta ſenibus autumnis.

Hæc ampliſſima vaſa duabus [3] anſis, ut ibidem conſpicitur, diotæ [4] vocabantur; id eſt duabus auriculis ſive anſis inſtructæ, ſic vocat Horatius:

Deprome Sabinum quadrima
O Taliarche merum diota.

Vinum vetus admodum placebat antiquis illis; in Græca inſcriptione veteri quam protuli in Diario Italico p. 74. dicitur quadam ſtata die dandam eſſe amphoram vini triennalis οἶνε τριετοῦς κεράμιον.

III. Hæc magna dolia figlina ſæpe patroni nomine ſignabantur, terræque argillæve adhuc molli, antequam ea igne exſiccaretur, nomina imprimebantur: duo obſervavi in villa Voiretii in quorum altero C. CALER. legebatur, in alio L. SAL... in quo poſtremo teſtæ fragmen cum aliquot literis exciderat. Adſunt ſigilla hujuſmodi magno numero, quæ ut plurimum quadrata oblonga, nonnunquam alia figura ſunt, quibus figlina vaſa ſignabantur: ea vero capite de ſigillis infra dabuntur.

Lagenarum hujuſmodi quædam in ſequenti etiam tabula obſervantur, adjunctis quoque aliis vaſis diverſæ formæ, quorum nec uſum nec cognomen novimus.

IV. Romani utebantur etiam doliis ligneis, ex aſſeribus circuliſque ligneis compactis, ut hodierna dolia ſunt. Similia ſæpe videmus in columnis Trajana & Antonina; ſic haud dubie compingebantur in commeatûs facultatem, & exercitus commodum: in curribus fere ſemper & in navibus onerariis ea conſpicimus. In ædibus etiam hujuſmodi ligneis doliis utebantur. Strabo lib. 8. p. 151. de illa Italiæ parte loquens, quæ hodie Longobardia vocatur, eamque a fertilitate collaudans dicit, ut vini copiam ſignificet, dolia lignea ibi confici ædibus majora, οἱ πίθοι ξύλινοι μείζους οἴκων εἰσίν: hinc puto concludi poſſe ædes domuſque in his regionibus admodum exiguas fuiſſe.

CHAPITRE IV.

I. Vaſes Hetruſques avec des figures. II. Ce qu'on appelloit amphoræ *ou cruches à deux anſes. III. Vaſe Hetruſque remarquable. IV. Outres.*

I. LEs cabinets de l'Italie ſont pleins de certains vaſes Hetruſques ornez de figures; le fond eſt un roux obſcur, qui eſt peutêtre la couleur de la terre dont ils ſont faits; le jaune, le noir & le blanc ſervent pour les figures dont ils ſont ornez. Ils ſont ordinairement hauts de quinze ou ſeize pouces, & tiennent à peu près cinq ou ſix pintes. Ils ne different pas beaucoup entre eux pour la grandeur: je ne parle que de ceux que j'ai vus en grand nombre. Les deux premiers ſont du cabinet de feu M. Girardon habile ſculpteur. L'un repreſente d'un côté deux hommes Hetruſques couverts de leur manteau, qui leur va juſqu'aux pieds; de l'autre côté eſt un athlete nu aſſis tenant un bouclier, auquel une femme préſente une tablette, & tient de l'autre main une couronne, qui eſt le prix du vainqueur. L'autre vaſe de M. Girardon repréſente d'un côté deux hommes en manteau comme ci-devant, & de l'autre un homme nu, qui tient un cheval par la bride, apparemment pour les jeux & les courſes des chevaux, qui étoient fort frequentes chez les Hetruſques; *à Lydis ludi*, dit Tertullien; les Hetruſques étoient une colonie des Lydiens, comme dit Herodote.

Pl. LXXI.

II. Dans la planche ſuivante ſont deux autres grands vaſes à deux anſes, l'un deſquels a au bas de ſes deux anſes la figure d'un petit enfant. Beger croit que ce ſont deux cruches. Les cruches s'appelloient *amphoræ*, parcequ'elles avoient deux anſes comme deux oreilles; & en ce ſens-là on peut les appeller *diotæ*, comme les vaſes dont nous avons parlé ci-devant. Il y a apparence que c'eſt la même choſe, puiſqu'Horace qui vient d'appeller le vaiſſeau où l'on tenoit le vin *diota* dans le vers rapporté ci-devant, l'appelle *amphora* ailleurs. Celle-ci n'a pas le bas pointu non plus que la ſuivante, en quoi elle ne reſſemble pas aux premieres *diotes*; mais nous avons déja dit que toutes n'étoient pas pointues par le bas. Les Grammairiens prétendent que l'*amphora* étoit de terre cuite; cependant celle-ci eſt de bronze, dit Beger: comment cela peut-

Pl. LXXII.

CAPUT IV.

I. Vaſa Hetruſca cum figuris. II. Amphoræ vel diotæ. III. Vas Hetruſcum ſpectabile. IV. Utres.

I. ITALICA Muſea vaſis plurimis hetruſcis hiſtorias quaſdam repræſentantibus ſunt inſtructa: hæc colore rufa ſeu fulva ſunt, qui fortaſſis eſt ipſius terræ color, cæteri autem colores ad figuras repræſentandas adhibiti ſunt, albus, niger & fulvus. Altitudo eorum ut plurimum eſt quindecim ſexdecimve pollicum, & ad duodecim pene ſextarios capiunt. Non multum inter ea eſt, quod ad amplitudinem, diſcriminis: de iis ſolum loquor quæ magno numero vidi. Duo prima ex Muſeo D. Girardonii ſculptoris celeberrimi educta ſunt: aliud altera facie viros duos Hetruſcos pallio indutos repræſentat ad pedes uſque defluente; altera facie nudum virum ſedentem, cui mulier altera manu tabellam offert, altera vero coronam tenet quæ victoris præmium eſſe videtur. Aliud Girardonii vas in altera facie duos viros oſtendit palliis tectos ut ſupra; in altera autem virum nudum galeatum, qui equum habenis ducit: ad curſum, ut videtur, equorum hoc ſpectat & ad ludos, qui admodum frequentes erant apud Hetruſcos: a ludis Lydi, inquit Tertullianus: Hetruſci colonia Lydorum erant, inquit Herodotus, ut infra pluribus dicetur.

II. In tabula ſequenti duo alia vaſa utrinque anſata ſunt, in unius ima parte puerulus repræſentatur: putat Begerus amphoras eſſe. Amphoræ ſic vocabantur, quoniam duabus erant anſis quaſi auribus inſtructæ, qua ratione diotæ etiam poſſunt appellari, quemadmodum & vaſa illa de quibus ſupra egimus. Veriſimileque eſt diotam & amphoram idipſum eſſe quandoquidem Horatius qui vas in quo vinum aſſervabatur diotam vocavit in verſu ſupra allato, idipſum amphoram vocat l. 3. od. 8.

Amphoræ fumum bibere inſtitutæ.

Hæc ab ima parte non acuta ſed rotunda: ſequens etiam acutam imam partem non habet, qua in re cum diotis præcedentibus non conſentit: ſed jam diximus non omnes in acumen deſinere. Grammatici putant amphoram vas eſſe fictile: attamen hæc, inquit Begerus, ænea eſt, quomodo quadrent iſtæc; Gram-

VASES

Girardon

Girardon

Girardon

Girardon

VASES

Beger



Beger

Beger

La Chausse

La Chausse

il quadrer ? Les Grammairiens, dit il, ne s'accordent pas avec Homere, qui en deux endroits parle d'une *amphora* d'or, ou d'une cruche d'or, & en un autre endroit d'une cruche de pierre : mais mettre l'eſpece pour le genre eſt une choſe ſi ordinaire aux Grammairiens, qu'il ne faut pas s'étonner s'ils mettent ici que les cruches, *amphoræ*, étoient de terre cuite, parcequ'effectivement la plûpart étoient de cette matiere. Cette cruche de bronze eſt du cabinet de Brandebourg, auſſi-bien que la ſuivante, que Beger croit être une cruche Egyptienne, parcequ'au bas de l'une des anſes eſt la forme d'Oſiris : je ne ſai ſi la preuve eſt ſuffiſante ; on voioit la forme des dieux Egyptiens dans tant de monumens Romains, qu'Oſiris pourroit bien ſe trouver dans un vaſe fait à Rome ou en Europe : d'ailleurs cette figure ne reſſemble guere à un Oſiris. Nous voions encore la forme des *amphoræ* dans d'autres monumens. On en remarque ſur le beau vaſe de Saint-Denys donné au premier tome à la planche CLVII.

III. Un autre vaſe Hetruſque publié par M. de la Chauſſe, a d'un côté Diane ou Minerve, qui d'une main tient un caſque, & de l'autre un long bâton ou une pique ; cela devroit la faire regarder comme une Minerve ; mais une biche qui eſt à ſon côté ſemble appartenir à Diane : ces divinitez Hetruſques ne ſont pas faites comme les autres ; peutêtre n'eſt-ce ni l'une ni l'autre de ces deux déeſſes. De l'autre côté ſont trois figures, dont l'une tient un petit vaſe, l'autre une corne, & l'autre a ſes mains cachées ſous l'habit. Ces vaſes ſervoient apparemment à conſerver des vins & des liqueurs. Je croi que Martial parle de ces ſortes de vaſes Hetruſques qu'il appelle vaſes Aretins, comme venant d'Arezzo ville d'Hetrurie : *Ne mepriſez pas les vaſes Aretins ; le Roi Porſena ornoit ſes buffets de bouteilles Toſcanes de terre cuite.*

IV. Tant les Grecs que les Romains avoient auſſi des outres ou des peaux de bouc préparées, où ils mettoient le vin & les autres liqueurs : nous en donnerons plus bas un tiré du cabinet de M. l'Abbé Fauvel ; il conſerve preſque toute la forme de l'animal hors la tête. L'autre outre ſe trouve dans un ſacrifice donné par le Cavalier Maffei. Ce qu'on appelloit *ſcyphus*, étoit un vaiſſeau qui étoit anciennement de bois ou de terre, mais on en fit depuis d'autre matiere & de grand prix ; on n'en ſait pas bien la forme.

---

matici, inquit, cum Homero non conſentiunt, qui bis amphoram memorat auream ἀμφιτροπῆα χρύσεον Il. ψ 92. & od. ω 74. & alio loco lapideam amphoram commemorat ἀμφιτροπῆα λαϊνὸν lapideam amphoram odyſſ. 5. v. 105. At tam frequenter Grammatici pro genere ſpeciem ponunt, ut mirum non ſit, ſi hic amphoras figlinas dicant, quia magna pars earum figlinæ erant. Hæc amphora ænea in Muſeo Brandeburgico eſt perinde atque ſequens, quam Begerus amphoram putat eſſe Ægyptiacam, quia in ima parte alterius anſæ Oſiridis, inquit, forma viſitur. An id argumentum valeat judicet eruditus lector : tam frequenter Ægyptiorum deorum imagines in Romanis monumentis comparent, ut Oſiris facile in monumento Romæ aut in Europa facto reperiri poſſit, ſi tamen hæc figura Oſiris ſit ; mihi certe non videtur eſſe. Amphoræ item alibi obſervantur, ut in pretioſiſſimo vaſe San-Dionyſiano tom. 1.

III. Aliud vas Hetruſcum ab erudito Cauceo publicatum, in altera facie Dianam vel Minervam exhibet, ſiniſtra manu caſſidem, dextera haſtam tenentem: hæc Minervam indicare videntur, ſed cerva ad ejus pedes Dianam indicat : hæc Hetruſca numina aliis ſimilia non ſunt ; forte neutra ex hiſce duabus eſt : in altera facie tres figuræ ſunt, quarum una vas parvum tenet, altera cornu, tertia manus ſub veſte te et. Hæc Hetruſca vaſa ſervando vino fuiſſe veriſimile eſt. Puto Martialem Hetruſca hujuſmodi vaſa indicare, cum Aretina vaſa commemorat : nam Aretium urbs Hetruriæ erat.

Aretina nimis ne ſpernas vaſa monemus ;
Lautus erat Tuſcis Porſena fictilibus.

IV. Græci atque Romani utribus ſubactis ac præparatis utebantur ad vinum aſſervandum comportandumque : utris infra formam dabimus ex Muſeo Abbatis Fauvel eductam, qui uter formam animalis pene totam conſervat uno excepto capite. Uter alius in ſacrificio per equitem Maffeium dato reperitur. Quod vas Veteres ſcyphum vocabant, aut ligneum aut figlinum olim erat ; poſteaque ex alia materia facti ſcyphi ſunt. Hujus formam non plane novimus.

CHAPITRE V.

*I. L'*epichyſis *des anciens. II. Ce qu'on appelloit* guttus. *III. Vaiſſeaux à forme humaine. IV. Autres vaiſſeaux. V. Vaſe appellé* fidelia, *& autres. VI. Anſes de vaſes. VII. Vaiſſeaux de verre.*

PL. LXXIII. I. BEGER donne un vaſe de bronze ſemblable aux trois vaſes de cette planche, pour l'*epichyſis* des anciens, qui ſervoit à verſer à boire à table : on verſoit le vin de l'*epichyſis* dans le *cyathus* ; au lieu qu'anciennement on ſe ſervoit pour pot à verſer à boire du *guttus*, & pour taſſe du *ſimpulum* : mais ces deux furent depuis deſtinez à l'uſage des ſacrifices, dit Varron, & l'on ſe ſervit en leur place de l'*epichyſis* & du *Cyathus*. Si ce vaſe eſt veritablement l'*epichyſis*, les deux vaſes ſuivans le ſeroient auſſi. Nous ne voions pas de raiſons aſſez ſolides pour les croire indubitablement tels.

PL. LXXIV. II. Ceux qu'on appelloit anciennement *guttus*, étoient des vaiſſeaux fort differens entre eux ; ils convenoient pourtant tous en cela, que le goulot en étoit extrémement étroit, en ſorte que la liqueur n'en ſortoit que goutte à goutte, & c'eſt de là qu'il prit le nom de *guttus*. On en trouve de bronze & auſſi de terre. Ils ſervoient au vin, à l'huile & aux parfums. Le premier que nous donnons eſt tiré du Treſor de Brandebourg publié par Beger ; il a une anſe ornée de figures. Celui qui vient après, pourroit être ce que les anciens appelloient ὠοσκύφιον, *ovoſcyphium*, vaſe en forme d'œuf. Il y en a entre ceux qui précedent & ceux qui ſuivent, d'autres à peu près ſemblables. Tous les ſuivans de cette planche ſont mis dans le genre du *guttus*, à cauſe de la petiteſſe du trou. Le dernier donné par Beger, eſt le même que nous avons déja mis au chapitre des Muſes, parceque les neuf Muſes y ſont repréſentées.

PL. LXXV. III. Nous ajoutons à ces vaſes quelques autres dont il eſt aſſez difficile de ſavoir le nom & l'uſage. Deux à tête d'homme, & un à tête de femme ſont du livre de M. de Peireſc, qu'on garde à la Bibliotheque de Saint-Victor.

IV. Nous avons de ſemblables vaſes de forme humaine au premier tome à un chapitre de Bacchus & des Baccantes. La petite taſſe qui eſt au bas, eſt ce que les anciens appelloient *crater* : on trouve dans un manuſcrit de Pirrho Ligorio un vaiſſeau de cette forme, avec une inſcription qui l'appelle *crater* ;

CAPUT V.

I. Epichyſis Veterum. II. Guttus. III. Vaſa humana forma. IV. Alia vaſa. V. Vas fidelia dictum & alia. VI. Anſæ vaſorum. VII. Vaſa vitrea.

I. VAS æneum tribus ſequentis tabellæ vaſis ſimile Epichyſin vocat Begerus ; Epichyſis autem fundendo vino erat, ex epichyſi in cyathum vinum effundebatur ; antiquitus guttus fundendo vino deputatus erat, & ſimpulum pro poculo aut pro cratere ſerviebat. Verum hæc duo poſtea ad uſum ſacrificiorum tranſlata, inquit Varro, & eorum loco epichyſis & cyathus adhibita ſunt : ſi primum vas epichyſis vere ſit, duo ſequentia idipſum erunt : non rem puto ita perſpicuam certamque eſſe.

II. Quod vaſis genus guttus vocabatur, multiplicis formæ fuit : in eo autem omnes gutti ſimiles, quod anguſto eſſent ore, ita ut liquor guttatim flueret, indeque guttus dictus. Gutti reperiuntur ænei, etiamque figlini ; ii erant ſervando vino, oleo & unguentis variis. Primus quem damus guttus ex Muſeo Brandeburgico eductus eſt per Begerum publicato : anſamque habet figuris ornatam. Qui mox ſequitur, illud eſſe poſſet quod Veteres ὠοσκύφιον ovoſcyphium vocabant, quod ovi forma eſſet. Inter ea quæ præcedunt vaſa & inter ea quæ ſequuntur aliquot huic ſimilia ſunt : quotquot in hac tabula habentur vaſa, gutti ſunt anguſto videlicet ore. Poſtremus guttus a Begero datus is ipſe eſt, quem jam cum Muſis poſuimus, quia novem in eo Muſæ conſpiciuntur.

III. His vaſa quædam ſubjungimus, quorum nomen & uſum non facile eſt deprehendere. Duo virili, unum femineo capite ſunt ex Mſ. D. Peireſcii codice educta, qui in Bibliotheca S. Victoris Pariſienſis aſſervatur.

IV. Similia vaſa humanâ formâ habemus tomo primo, ubi de Baccho deque Bacchantibus. Poculum infra poſitum illud eſt quod Veteres cratera vocabant. In Mſ. Pyrrhi Ligorii vas ejuſdem formæ habetur cum inſcriptione, qua crateris nomine inſigni-

VASES

LXXIII. Pl. a la 144. page T. III

M^r. Foucault



Bonanni

Bonanni



VASES

LXXIV. *Pl. a la 144. page T III.*

Beger

Bonanni

La Chausse

Beger

Beger

Beger

M^r. de Peiresc

M^r. de Peiresc

M^r. de Peiresc



M^r. de Peiresc

VASES

Bonanni



Bonanni

Bonanni

S.te Genevieve

Beger

VASES

Bonanni

l'A. Fauvel

Bonanni



Bonanni



Bonanni

Bonanni

Bonanni



Bonanni

Bonanni

Bonanni

VASES

LXXVIII. *Pl. a la 146. page T.* III

N. Cabinet

M.r Foucault

M.r Foucault

LXXIX. *Pl. a la 146. page. T.* III

VASES



Beger.

ce manuſcrit eſt à la Bibliotheque de feu Monſeigneur l'Archevêque de Cambrai.

V. Le grand vaſe qui vient après, eſt ſelon Beger ce que Columella appelle *fictilis fidelia*, un vaiſſeau de terre cuite, percé par le haut & par le bas, mais d'un fort petit trou : on mettoit dans ce vaſe les graines & les fleurs de myrte pour les faire ſecher : on y infuſoit de l'eau pour empêcher qu'elles ne ſechaſſent trop vite, & l'on mettoit la *fidelia* dans un vaſe d'eau plus grand pour y en faire entrer autant qu'on vouloit ; on le retiroit enſuite, l'eau s'écouloit, & il reſtoit encore quelque humidité dans ces graines. Voila l'uſage de la cruche percée qu'on appelloit *fidelia*, ſelon le ſentiment de Beger Le vaſe qui ſuit percé par le haut, & qui a auſſi un trou ſur le côté, eſt du cabinet de Sainte-Genevieve ; c'eſt une eſpece de *guttus* à mettre du baume & des huiles, qu'on faiſoit ſortir par le côté petit à petit. C'eſt le ſentiment du P. du Molinet; nous ne voions rien là contre la vraiſemblance. Trois autres vaſes occupent le reſte de cette planche. PL. LXXVI.

Les deux premiers vaſes de la planche ſuivante ſont aſſez remarquables, le premier pour la figure, le ſecond à cauſe de l'homme à cheval qui y eſt repréſenté. Les Grecs & les Romains, comme nous avons dit, avoient des outres ou des peaux de bouc préparées, où ils mettoient le vin & d'autres liqueurs. Voici un outre repréſenté ſur une antique de M. l'Abbé Fauvel; il conſerve preſque toute la forme de l'animal hors la tête. Un autre outre ſe voit dans un ſacrifice donné au ſecond tome. Sept autres vaſes qui ſuivent n'ont rien de remarquable, ſinon que trois d'entr'eux ont le goulot ſi étroit, qu'ils pourroient bien être de ces vaiſſeaux qu'on appelloit *guttus*. PL. LXXVII.

VI. Nous mettons ici, ne trouvant pas de place plus propre, les deux anſes de bronze d'un ancien vaiſſeau, qui ſe trouvent dans notre cabinet de Saint-Germain des prez. Quoique d'un travail ſimple, elles ſont d'un goût exquis ; à chaque bout des deux anſes il y a une tête aux yeux d'argent. Les connoiſſeurs diſent qu'on ne peut guere rien voir de mieux fait en ce genre. Les deux vaſes de deſſous ſont repréſentez dans leur grandeur naturelle : l'un d'eux eſt d'une eſpece de jaſpe ; l'autre a un couvercle ſur lequel eſt repréſentée une tête d'homme. PL. LXXVIII.

VII. La planche ſuivante eſt remplie de vaiſſeaux de verre de differente forme, tous tirez du Treſor de Brandebourg. Le verre chez les anciens étoit fort commun pour les bouteilles auſſi-bien que pour les coupes & les taſſes. PL. LXXIX.

---

tur, qui codex eſt in Bibliotheca τοῦ μαναϛηρου D. Joannis d'Eſtrées Archiepiſcopi Cameracenſis deſignati.

V. Vas ſequens, ut opinatur Begerus, illud eſt, quod a Columella vocatur fictilis fidelia, in ſuprema pariterque in ima parte perforatum, ſed modico foramine : in hoc vaſe ponebantur ſemina floreſque myrti, ne nimium exſiccarentur infundebatur aqua, fideliaque in majori vaſe ponebatur, ut tantum intraret aquæ quantum eſſet opus ; fidelia deinde extrahebatur, aqua defluebat, ita ut aliquid humoris inter hæc ſemina remaneret : hic uſus diotæ hujuſmodi cui fidelia nomen ſecundum opinionem Begeri. Vas ſequens, quod præter ſupremum foramen, aliud in latere foramen habet, ex Muſeo S. Genovefæ eductum eſt : eſt guttus in quo oleum aut unguentum quodpiam infuſum per latus ſenſim effundebatur ; ita putat R. P. du Molinet, cujus opinio a veriſimili non abhorret. Tria alia vaſa tabulam complent.

Duo priora tabulæ ſequentis vaſa obſervatu digna ſunt ; primum a figura, ſecundum ab equite ibidem repræſentato. Græci Romanique, ut diximus, utres habebant, ſeu hircinas caprinaſve pelles ſubactas, infundendo vino aliiſve liquoribus : utris hic formam damus, ut repræſentatur in Muſeo Abbatis Fauvelii, qui totam fere animalis hircive formam refert uno excepto capite : alium utrem vidimus in ſacrificiis. Septem alia ſequentia vaſa nihil habent notatu dignum : tria eorum ore ſunt ita anguſto ut gutti eſſe videantur.

VI. Hic apponimus, quod locus nullus opportunior offeratur, anſas duas æneas vaſis cujuſpiam, quæ in Muſeo noſtro ſervantur: etſi ſimplici opere, exquiſitæ tamen formæ ſunt, in extremis anſis capita ſunt oculis argenteis : harumce rerum periti dicunt nihil perfectius hoc in genere videri poſſe. Duo vaſa ſubſequentia in ſua hic magnitudine comparent, aliud ex jaſpide eſt ; aliud operculum habet, in quo caput hominis repræſentatur.

VII. In ſequenti tabula vitrea vaſa diverſæ formæ habentur, omniaque ex theſauro Brandeburgico educta ſunt. Vitreis antiquitus vaſculis vulgo utebantur, pariterque calicibus & poculis.

Pl. LXXX. Une autre planche repréſente un grand pot de verre à deux anſes; au deſſous de celui-là on en voit deux autres repréſentez en petit, tels que M. Baluze les a donnez dans ſon hiſtoire de Tulle; ils ont été trouvez à une lieue de cette ville, à un lieu nommé Tintiniac, où ſe voient les ruines d'une ancienne ville, & les reſtes d'un amphitheatre. Nous les donnons de la grandeur qu'il les a publiez : ils étoient apparemment plus grands dans l'original. Le vaſe ſuivant auſſi de verre eſt remarquable par la ſeparation qui en partage l'ouverture.

Alia tabula vas magnum vitreum anſatum exhibet; ſub quo duo alia vaſa longe minori, quam ſua propria forma repræſentata, & a viro Cl. doctiſſimoque Baluzio in hiſtoria ſua Tutelenſi ſic publicata, hic locum habent. Ea non procul Tutela reperta ſunt tertio quartove ab ea urbe milliari, in loco cui nomen Tintiniacum, ubi rudera antiquæ cujuſdam urbis & amphitheatri viſuntur. Vas ſequens item vitreum, ſingulare eſt a ſeparatione in duas partes quæ in ſuperno foramine obſervatur.

CHAPITRE VI.

I. Pots à boire. II. Coupes, taſſes, gobelets de different nom & de differente matiere. III. Obſervations ſur le trepied de Bacchus & ſur les coupes de Thericlès. IV. Grand nombre de noms differens de coupes & de taſſes dans Athenée. V. La cratere. VI. Autres vaiſſeaux.

Pl. LXXXI. I. Il y avoit chez les anciens des pots à boire de forme differente : tels ſont ces trois pots du Treſor de Brandebourg, tous trois de terre cuite, l'un deſquels a cette inſcription SITIO, *J'ai ſoif*; les deux autres ont, l'un PIE, l'autre BIBE : le premier mot eſt grec, le ſecond latin; tous deux veulent dire *beuvez*. A côté de ces vaiſſeaux à boire, on voit deux autres vaſes de forme extraordinaire. Le premier du cabinet de M. Foucault paſſe pour un *guttus*, nous avons déja parlé de ces ſortes de vaſes; celui-ci eſt ſi ſingulier que je ne ſai qu'en dire. Le ſecond tiré du manuſcrit de M. de Peireſc, paroit être veritablement un *guttus*; il eſt remarquable dans la forme & dans l'ornement.

II. Les coupes, les taſſes & les gobelets, que les Grecs appelloient ποτήριον, κρατὴρ, κρατήριον, κύλιξ, & les Latins *poculum*, *crater* ou *cratera*, *patera*, *calix*, *culullus*, étoient de differentes matieres, d'or, d'argent, ou liez de bandes d'or. On appelloit ces vaſes *chryſendeta*. Il y en avoit auſſi d'onyx & d'agathe, nous avons dans notre cabinet des fragmens d'un de cette ſorte. Ils avoient auſſi des vaſes *Murrhins*, qui venoient d'Orient, differens de ceux d'onyx, comme nous

---

CAPUT VI.

I. Pocula. II. Crateræ, calices, cululli & alia diverſi nominis pocula. III. Obſervationes circa tripodem Bacchi & vaſa Thericlea. IV. Nomina poculorum ingenti numero apud Athenæum. V. Crater ſeu cratera. VI. Alia vaſa.

I. Apud Veteres pocula diverſæ formæ erant, qualia ſunt tria ex Muſeo Brandeburgico educta, quæ fictilia ſunt : quorum unum hanc præfert inſcriptionem, SITIO. Duo alia ſic inſcribuntur PIE & BIBE : prima vox græca idipſum quod ſecunda latina ſignificat. Ad latus horum duo alia vaſa formæ non vulgaris viſuntur, primum ex Muſeo illuſtriſſimi Domini Foucault *guttus* eſſe creditur, de quo vaſis genere jam diximus; hic guttus ita ſingularis eſt ut nihil de eo dicendum ſuppetat : alter vero ex Mſ. D. Peireſcii eductus, a forma & ab ornamentis ſpectabilis eſt.

II. Crateres, calices, pateræ, pocula, cululli apud Græcos his nominibus gaudebant ποτήριον, κρατὴς, κρατήριον, κύλιξ : ex diverſa materia parabantur, ex auro vel argento; vel aureis ſolum ligaminibus inſtructa erant, quæ vaſa χρυσένδετα vocabantur. Erant item ex onyche vel ex achate confecta, ſimilis poculi fragmenta in Muſeo noſtro ſervantur. Poculis item utebantur Myrrhinis ex Oriente comportatis, quæ ab onychinis differebant, ut jam oſtendimus : hæc in precio erant, atque etiam cryſtallina pocula. Figlina

VASES

LXXX. *Pl. a la 146. page T.* III

Beger

Baluse

Baluse

Beger

VASES



Mr. Foucault

Beger



Mr. de Peiresc

Beger



Beger

avons fait voir. Tous ceux-là étoient fort eſtimez, auſſi-bien que ceux de cryſtal de roche. Ils en avoient auſſi de terre cuite, & parmi ceux-là on faiſoit cas des Samiens, ou de ceux d'une terre appellée *Samia*. Ceux de verre étoient encore d'un uſage fort commun. Nous avons dans le cabinet de ce Monaſtere les fragmens d'une ancienne taſſe de verre, ſur leſquels on pourroit figurer la taſſe entiere, qui tenoit plus d'un demi ſeſtier. Ils avoient l'art de faire ces taſſes & les autres vaſes de verre à la maniere d'aujourd'hui, & ils avoient encore celui de faire des figures ſur le verre avec des inſtrumens, & même au tour, s'il faut prendre à la lettre ces paroles de Martial *toreumata vitri*: ce ſecret eſt ou perdu ou hors d'uſage. Les anciens avoient auſſi l'art de peindre le verre en differentes couleurs. S. Jean Chryſoſtome parle de taſſes de verre argentées ou couvertes d'argent. Parmi ces taſſes de verre il y en avoit qui ſembloient changer de couleur, ou qui montroient differentes couleurs à differens aſpects, comme le cou d'un pigeon. L'Empereur Hadrien dans une épitre à Servien conſervée dans Vopiſcus, dit qu'il lui en envoie pluſieurs, & l'exhorte à s'en ſervir dans ſes feſtins. Les Gaulois & les Eſpagnols des montagnes, dit Strabon, ſe ſervoient pour boire de gobelets de cire.

III. Ces coupes, gobelets, & autres vaiſſeaux à boire étoient de differentes formes. Il y en avoit de ronds & hauts comme nos gobelets; d'autres bas & plats au deſſous comme des écuelles; d'autres tout ronds: quelques-uns avoient trois pieds, & on les appelloit trepieds. Athenée nomme une coupe de cette forme le trepied de Bacchus, & donne à entendre comme par plaiſanterie, que comme ceux qui parloient anciennement *ex tripode*, d'après le trepied de Delphes, prononçoient des oracles, de même ceux qui parloient d'après le trepied de Bacchus diſoient vrai, parceque la verité ſe trouve dans le vin.

Les vaſes de Thericlès potier de Corinthe étoient extrémement eſtimez: ils avoient deux anſes comme certains gobelets d'aujourd'hui. Les auteurs ne conviennent pas de la matiere dont ils étoient. Il les faiſoit au tour du bois de terebinthe, dit Pline; d'autres diſent qu'il les faiſoit de terre cuite; peutêtre de l'une & de l'autre matiere. Theophraſte dans Athenée dit de même qu'il les faiſoit au tour du bois de terebinthe, & qu'on ne pouvoit diſtinguer s'ils étoient de terre ou de bois. C'étoit ſans doute la forme qui en faiſoit le prix. Il y a apparence que ſur la forme inventée par Thericlès, on en aura fait d'au-

---

etiam pocula conficiebantur, interque ea Samia pocula erant in precio: vitrea etiam in uſu. In hujus Monaſterii Muſeo veteris vitrei poculi fragmenta ſervantur, ex quibus crater totus delineari poſſet, qui plus quam dimidium ſextarii caperet. Pocula vitrea aliaque ejuſdem materiæ vaſa eodem quo hodieque more veteres concinnabant, inſuperque figuras in vitro ſculpebant, imo vitrum tornabant, ſi ad literam illud Martialis accipiamus, *toreumata vitri*. Quod concinnandi vitri artificium jam periit. Veteres etiam vitrum pingebant vario colore. Joannes Chryſoſtomus pocula vitrea commemorat, aut argento obducta aut argenteis laminis operta. Inter illa vitrea vaſa erant quæ colorem mutarent, vel quæ varios colores ſub aſpectu vario exhiberent, quaſi columbæ collum. Imperator Hadrianus in epiſtola quadam ad Servianum apud Vopiſcum in Saturnino, ait ſe illi *allaſſontes* hujuſmodi calices verſicolores tranſmittere. Galli Hiſpanique montani teſte Strabone p. 107. cereis utebantur poculis.

III. Hi crateres, calices, cululli, aliaque pocula diverſæ formæ erant. Quædam rotunda & alta ut cululli hodierni; alia demiſſiora & in fundo plana, ut ſcutellæ; alia prorſus rotunda: nonnulla tribus ſtabant pedibus quæ vocabant tripodas. Athenæus lib. 1. p. 37. hujus formæ craterem vocat Bacchi tripodem, & quaſi ludens inſinuat, ut ii qui olim ex tripode loquebantur, oracula proferebant, ſic eos qui ex tripode Bacchico loquerentur, vera ſemper proferre, quia *in vino veritas*.

Vaſa Thericlea ſeu a Thericle Corinthi figulo facta magno olim in precio erant, duabus anſis ornabantur, ut quidam cululli crateresque hodierni. De materia eorum non convenit inter ſcriptores. Ipſa torno ex terebinthi ligno concinnabat, inquit Plinius lib. 16. cap. 40. alii figlina fuiſſe dicunt, forteque ex utravis materia Thericles crateres parabat. Theophraſtus apud Athenæum p. 470. ait ut Plinius Thericlem ex ligno therebinthi vaſa compoſuiſſe, ita ut diſtingui non poſſet an lignea an figlina eſſent. Videntur ea pocula a forma ſolum precioſa fuiſſe: atque ut veriſimile eſt ex forma illa a Thericle inventa, alia

tres de differentes matieres, qu'on aura auſſi appellez vaſes de Thericlès. Athenée parle des vaſes de Thericlès qui étoient d'or. Il dit en un autre endroit après Polemon, que Neoptoleme dédia des coupes d'or de Thericlès ſoutenues ſur du bois.

IV. Athenée donne le nom de pluſieurs ſortes de coupes, taſſes & gobelets, dont il n'apprend pas la forme, l'*ephebus* ou l'*embaſicœtes*, la coupe d'Hercule ſur laquelle il s'embarqua & traverſa l'Ocean, comme nous avons dit au premier tome; l'*ethanion*, l'*hemitomos*, le *cade* & le *cadiſque*, le *canthare*, le *carcheſion*, le *calpion*, le *celebes*, le *ceras* ou la corne, dont nous avons parlé en pluſieurs endroits; c'étoit une corne de bœuf avec toute ſa forme, dont on ſe ſervoit pour gobelet; les auteurs en font mention, & l'on en trouve aſſez ſouvent dans les anciens monumens. Les autres coupes étoient le *ciſſybion* qui avoit des anſes comme la *diota*, le *ciborion*, le *condy*, le *conone*, la *cotyle*, le *cottabe*, le *cratanion*, la *crounée*, qui eſt un mot fait d'un nom grec qui ſignifie fontaine; le *cyathe*, le *calice*, le *cymbion*, qui reſſembloit à une petite barque; le *cypellon*, la *cymbe*, le *cothon*, la *labronia*, coupe de Perſe, la *laconique*, le *lepaſte*, & un tres-grand nombre d'autres qu'Athenée a ramaſſez.

V. Nous trouvons la forme de la cratere dans un manuſcrit écrit de la propre main de Pirro Ligorio. L'inſcription fait foi que c'eſt une cratere; on y lit *Crater Herculis*: de l'autre côté de la cratere, dit Pirro Ligorio, étoit un bas relief qui repréſentoit Hercule qui aſſomme Cacus. Cette derniere cratere n'étoit pas un vaiſſeau à boire, mais un grand vaſe tel qu'on en met aux fontaines pour recevoir l'eau: ſans aucun égard à ſa grandeur on lui donnoit le nom de cratere, parcequ'il en avoit la forme; tout de même que nous appellons baſſins ces grands creux qui reçoivent l'eau dans les jardins, parcequ'ils ont la forme d'un baſſin. Le manuſcrit de M. de Peireſc nous a fourni ci-devant une petite cratere à boire ſemblable à celle d'Hercule. Nous pouvons dire ſur cette autorité, que ce qui a cette forme, étoit une cratere; mais nous n'oſerions aſſurer qu'il n'y eût point des crateres d'une autre eſpece.

VI. Nous avons vu dans les ſacrifices pluſieurs pateres qui étoient des taſſes à boire. Il y en a ſouvent qui ont un manche, & fort peu de creux. Cependant il falloit bien qu'il y en eut de fort profondes, puiſque Ciceron dit parlant de Coriolan qui égorgea un bœuf pour ſe faire mourir en buvant ſon ſang tout chaud, *il reçut le ſang du bœuf dans une patere.*

---

ex diverſa materia facta fuerunt, quæ etiam vaſa Thericlea appellata ſint. Athenæus p. 199. Thericlea vaſa aurea commemorat: alioque loco poſt Polemonem dicit p. 472. Neoptolemum vaſa Thericlea aurea dedicaviſſe ligneis fulta ſuſtentaculis.

IV. Athenæus lib. 1. cap. 9. & ſeqq. craterum, calicum & culullorum nomina profert multa, neque formam eorum docet; hujuſmodi erant Ephebus & Embaſicœtes; crater Herculis in quo ille navigavit Oceanumque trajecit, ut diximus tomo primo, ethanion, Hemitomos, cadus, cadiſcus, cantharus, carcheſium, calpion, celebes, ceras aut cornu de quo ſæpe diximus, eratque cornu bubulum cum tota figura ſua quo utebantur culullo: id ſcriptores commemorant, hocque poculi genus frequentiſſime occurrit in monumentis: alia pocula erant Ciſſybium, quod ut diota anſis inſtructum erat, ciborium, condy, conone, cotyla, cottabus, cratanion, crounea, ex voce κρουνος fons, cyathus, calix, cymbium, quod ſcaphæ ſimile erat, cypellum, cymbe, cothon, labronia, poculum Perſicum, laconica, lepaſtus, & innumera alia quæ Athenæus collegit.

V. Crateris formam in manuſcripto propria Pyrrhi Ligorii manu exarato reperimus: craterem eſſe inſcriptio fidem facit, *Crater Herculis*. Ex alio crateris latere, inquit Pyrrhus Ligorius, anaglyphum erat, in quo Hercules Cacum trucidans repræſentabatur, qui crater non poculum erat ſed vas magnum, qualia ſunt ea quæ fontium excipiendæ aquæ uſurpantur, cui nulla habita molis ratione crateris nomen dabatur, ut cymbæ & ſcaphæ nomen dabatur poculis quia cymbam & ſcapham referebant. Peireſcii codex craterem in aliqua tabella jam ſupra exhibitum ſuppeditavit Herculis crateri ſimilem, qua fulti auctoritate dicere poſſumus, craterem fuiſſe, quia illius eſſet formæ; at dicere non auſim hanc unam ſolamque fuiſſe craterum figuram.

VI. In ſacrificiis pateras multas vidimus, quæ pocula erant, ſæpeque illæ capulo gaudent, nec profundæ repræſentantur: attamen admodum profundas fuiſſe pateras quaſdam cenſendum eſt, quandoquidem Cicero de Coriolano loquens, qui bovem jugulavit, ut ejus epoto calido ſanguine mortem ſibi conſciſceret, *excepit ſanguinem patera*, inquit de Oratore 1.

VASES

LXXXII. *Pl. a la 150. page T. III*

M^r. de Peiresc

Bonanni

Bonanni

Bonanni

Bonanni

M^r. Foucault

Bonanni

Bonanni

Bonanni

Bonanni

Bonanni

MESURE

Semipes Romanus antiquus idemque latus cubicum Congij
Latus cubicum Sextarij
SEXTARIVS
SEXTA PARS CONGH
Latus cubicum Heminae
Latus cubicum Semicongij
Latus cubicum modij
Semicongius
Semipes Romanus antiquus idemque latus cubicum Congij

Je ne ſai en quelle claſſe il faut ranger une grande coupe ronde tirée de ce manuſcrit de M. de Peireſc, dont nous avons ſouvent parlé; elle devoit tenir près d'une pinte; je n'ai pu lire l'inſcription greque qui eſt deſſus, tant elle eſt barbarement figurée; le lecteur habile s'y exercera s'il veut. Il ſemble qu'il y ſoit parlé de Nicomede, mais à la penultiéme ſyllabe il faudroit un H, & non un E, comme nous voions ici. Le gobelet qui eſt audeſſous paroit être ce qu'on appelloit *culullus*. Entre les deux il y a une petite coupe ou taſſe qui a preſque la forme de nos verres. On laiſſe à conſiderer au lecteur les dix autres vaſes de cette planche, dont la plûpart paroiſſent être des coupes ou des pots à boire. PL. LXXXII.

Les anciens avoient auſſi des ſoûcoupes, qu'ils appelloient ὑποκρατηρίδια. Philoſtrate en parle au livre ſixiéme de la vie d'Apollonius de Tyane.

Neſcio quo in poculorum genere locandus ſit crater magnus rotundus ex ſupra memorato Peireſcii manuſcripto eductus, qui binos fere ſextarios capere poſſit: inſcriptionem græcam legere nequivi, uſque adeo barbare illa conſcripta eſt: in ea legenda eruditus lector exercebitur ſi velit: δυε Νικομεδε legi poſſe videtur, ſed in penultima litera η non ε eſſe debuit ſi ſit *Nicomedes* legendum. Culullus, ut puto, huic ſuppoſitus eſt: inter ambo pocula aliud parvum eſt poculis vitreis hodiernis non abſimile. Cætera decem pocula in hac tabula expreſſa lectori conſideranda mittuntur, omnia aut ſaltem eorum pars maxima pocula fuerunt.

Antiqui crateribus vaſa quædam ſupponebant, quæ græce appellantur ὑποκρατηρίδια apud Philoſtratum in vita Apollonii Tyanei lib. 6. p. 279. Hæc nos hodie vocamus *ſoûcoupes*.

CHAPITRE VII.

I. Le conge Romain. II. Si l'once ancienne Romaine étoit plus forte que l'once Romaine d'aujourd'hui. III. Qu'étoit-ce qu'on appelloit Sextarius caſtrenſis. *IV. Autres meſures.*

I. LE conge Romain étoit la meſure ordinaire à laquelle les autres meſures ſe rapportoient. Une plus grande meſure, qui étoit l'*amphora*, & qui ne ſe prend que rarement pour une meſure, tenoit huit conges; le conge tenoit ſix ſeſtiers, c'eſt-à-dire douze hemines ou demi-ſeſtiers. Nous verrons plus bas le rapport des autres meſures plus petites avec celles-ci. Le conge que le Pere du Molinet a donné, & qui a été fait ſur le modele de celui du Palais Farneſe, n'a pas la même meſure que l'original; il eſt plus petit pour le moins de moitié. Le P. du Molinet l'a fait graver plus petit, afin qu'il tint moins de place dans ſon livre. Le P. Bonanni nous a donné le conge tel qu'il eſt dans le cabinet du College Romain: ce conge eſt antique; tout ſemblable pour la grandeur, pour la forme & pour l'inſcription à celui du Palais Farneſe. Il a, dit-il, un pied de haut; le pied Romain n'a qu'onze de nos pouces: & en effet ce conge PL. LXXXIII

CAPUT VII.

I. Congius Romanus. II. An uncia vetus Romana, hodiernà Romanà ſit levior, an gravior. III. Quid eſſet Sextarius Caſtrenſis. IV. Aliæ menſuræ.

I. CONGIUS vulgaris erat menſura ad quam aliæ menſuræ referebantur. Major menſura amphora erat, quæ tamen non ita frequenter pro menſura accipitur, quæque octo congios capiebat. Congius ſex capiebat ſextarios, duodecimque heminas ſeu ſemiſextarios; infra autem minores his menſuras ad majores referemus. R. P. du Molinet congium dedit, ad menſuram Farneſiani Romæ concinnatum, quem tamen ille typo longe minorem exhibuit, ita ut ne ad dimidium quidem hujuſce quem damus pertingat; eum ideo R. P. du Molinet in ære inciſum minorem dedit, ut minus ſpatii in libro ſuo occuparet. Sed pater Bonannus congium qualis in Muſeo collegii Romani erat dedit, qui congius antiquus eſt, & quantum ad formam, menſuram atque inſcriptionem Farneziano omnino ſimilis. Eſt, inquit ille, altitudine pedis unius. Pes autem Romanus noſtro

que nous donnons dans sa grandeur, comme le P. Bonanni l'a donné, a onze pouces de haut en le mesurant par dedans. L'inscription est telle :

IMPER. CAESARE
VESP. VI. COS.
T. CAES. AVG. F. IIII.
MENSURAE EXACTAE IN CAPITOLIO
P. X.

Le sens est : *Ce conge d'une mesure exacte, qui contient le poids de dix livres, a été mis au Capitole au sixiéme Consulat de l'Empereur Vespasien, & au quatriéme de son fils Tite Cesar.*

II. Lucas Pætus dit qu'il a une fois rempli d'eau le conge du Palais Farnese, pour voir si cette eau seroit du poids de dix livres, & que l'aiant ensuite pesée, le poids monta à neuf livres six onces & demi. Ces vases se conservent toujours avec la rouille ou le vernis qu'ils ont contracté, il est impossible que cette rouille n'ôte quelque chose de la capacité du vaisseau. M. Fabreti remarque de plus que Lucas Pætus n'aiant pas rempli ce conge entierement jusqu'au haut, comme il l'avoue lui-même, il ne faut pas s'étonner s'il n'y trouva pas le poids juste : il laissa vuide tout le cou & la partie la plus reserrée, qui auroit sans doute fait tout le poids requis, & même quelque chose par delà, s'il l'avoit toute remplie. Cependant c'est de ces sortes d'exemples pris peu exactement, qu'il conclut que l'once Romaine d'aujourd'hui pese un scrupule & quatre grains plus que l'ancienne ; ce qui paroit être faux, comme nous verrons plus bas.

Il faut savoir que la livre Romaine d'aujourd'hui n'est que de douze onces comme l'ancienne ; le sestier que le P. Bonanni a mis avec le conge, étoit la sixiéme partie de cette mesure, & devoit contenir l'eau du poids de vingt onces, qui font le sixiéme de dix livres ou de cent vingt onces Romaines. Le P. Bonanni dit qu'il a trouvé que ce sestier a cette mesure juste. Selon Gallien la livre Romaine de son tems n'avoit que douze onces comme aujoud'hui: *Chez les Romains*, dit-il, *le sestier pese une livre & demie & un sixiéme ; ce qui fait en tout vingt onces.* Selon cette maniere de compter, la livre sera de douze onces,

---

brevior, est undecim pollicum nostrorum ; vereque hic congius cum tota dimensione sua exhibitus qualem Bonannus dedit, undecim pollicum altitudine est, si mensuram ducas ab interiori aspectu. Inscriptio talis est.

IMPER. CAESARE
VESP. VI. COS.
T. CAES. AVG. F. IIII.
MENSVRAE EXACTAE IN CAPITOLIO
P. X.

quæ inscriptio sic legitur. *Imperatore Cæsare Vespasiano sextum Consule, Tito Cæsare Augusti filio quartum mensuræ exactæ in capitolio pondo decem*, id est, *decem librarum.*

II. Lucas Pætus ait se semel congium Farnezianum aqua impleviſſe, ut experiretur an aqua pondo decem librarum esset : sed aquæ pondus novem tantum librarum sexque unciarum & dimidiæ fuisse. Hæc vasa ita conservantur ut quidpiam tamen contractæ rubiginis semper retineant, quæ rubigo necessario quidpiam spatii occupat. Ad hæc annotat Fabretus, Lucam Pætum totum congium non impleviſſe ad oram usque supremam, ut ipse fatetur, atque adeo mirum non esse aliquid hinc ponderis detractum esse. Collum quippe ille totum & illam anguſtiorem partem vacuam reliquit, qua impleta totum pondus, imo quidpiam ultra repertum fuisset. Attamen ex hujusmodi exemplis minus accurate adhibitis concludit ille lib. 1. p. 12. unciam Romanam hodiernam uno scrupulo quatuorque granis majorem esse quam veterem ; quod certe falsum prorsus videtur esse, ut infra probabitur.

Sciendum est libram Romanam hodiernam perinde atque veterem duodecim unciarum fuisse. Sextarius, quem in congio expressit P. Bonannus, sexta pars congii erat, & aquam capere debebat pondo viginti unciarum, quæ sextam partem decem librarum complent, aut centum viginti unciarum Romanarum. Ait P. Bonannus eamdem ipsam mensuram & pondus hunc sextarium capere. Secundum Gallienum, libra Romana sui temporis duodecim uncias capiebat : *apud Romanos*, inquit, *sextarius est pondo unius libræ atque dimidiæ & sextæ partis, quod viginti uncias efficit.* Hac computandi ratione libra erit duodecim un-

SEXTARIUS CASTRENSIS

N. Cabinet

MESURES DU LIQUIDE

1

2

Beger

Beger

3

M^r. Foucault

4



Fabreti

Fabreti



Fabreti

le ſeſtier tiendra le poids liquide de vingt onces, & le conge en aura cent vingt.

III. Le vaſe de notre cabinet, qui nous a été donné en préſent par M. de Gaumont, paroit être une meſure, & tient deux ſeſtiers, qui font la troiſiéme partie du conge. Je l'ai rempli d'eau, dont le poids montoit à trente-ſept onces deux gros & demi. Un fermier le trouva à Montigni ſur Aube en fouillant la terre. Le bas de l'anſe eſt orné d'une tête de Meduſe de bon gout. Comme tout le fond du vaiſſeau étoit caſſé, le payiſan qui vouloit s'en ſervir de pot à boire, y en ſouda un autre, & ôta quelque choſe de la longueur du côté d'en bas. Si le vaſe étoit entier, il tiendroit apparemment les quarante onces & quelque choſe au delà: car comme nous prouverons bientôt, l'ancienne once Romaine étoit un peu plus forte que celle d'aujourd'hui. Notre vaiſſeau ſera donc le double du ſeſtier Romain; c'eſt ce qu'on appelloit anciennement *Sextarius caſtrenſis*, le ſeſtier des armées, qui contenoit deux fois celui de la ville: celui-ci n'avoit que vingt onces, & l'autre en avoit quarante. Voila la forme du conge, du ſeſtier de la ville & de celui de l'armée, que nous avons donnez ſelon leur grandeur naturelle. Tous les vaſes ſuivans, hors celui de M. Foucault, ont été réduits par ceux qui les ont donnez. Ils n'ont pas pris garde que la principale inſtruction que le lecteur peut tirer des meſures & des poids, eſt d'en connoitre la grandeur. PL. LXXXIV.

IV. Beger nous produit un *Sextarius caſtrenſis*, , mais il ne l'a pas fait repréſenter en gravure dans toute ſa grandeur; car un tel vaſe que nous donnons après [1] lui, loin de tenir un ſeſtier d'armée, qui étoit de quarante onces, ne tiendroit pas même un ſeſtier de la ville, qui n'en tenoit que vingt. La figure ſuivante eſt du *quartarius* [2], ainſi appellé, parcequ'il contenoit la quatriéme partie du ſeſtier, c'étoit le poids de cinq onces. Le ſeſtier faiſoit dix cyathes, qui étoit une petite meſure de deux onces, & le *quartarius* deux cyathes & demi. Auprès d'un vaſe fort [3] large, qui paroit avoir été une meſure, eſt la forme du conge du Palais Farneſe [4] réduit en petit par M. Fabreti. Nous venons de donner cette meſure dans toute ſa grandeur. PL. LXXXV. 1 2 3 4

---

ciarum, ſextarius pondus liquidum viginti unciarum capiet, congiuſque centum viginti uncias continebit.

III. Vas Muſei noſtri quod dono dedit D. de Gaumont, menſura eſſe videtur, continetque duos ſextarios & eſt tertia pars congii. Implevi aqua, aquam poſtea appendi quæ erat pondo triginta ſeptem unciarum, duarumque & dimidiæ drachmarum. Ruſticus ſextarium hunc ex terra eruit Montiniaci ad Albam, anſæ pars ima capite Meduſæ eleganter ſculpto exornatur. Cum ima tota pars vaſculi rupta eſſet; villicus, cui in animo erat vas hoc ad uſus domeſticos aptare, laminam alteram æneam appoſuit quæ foramina compleret, & aliquid ex vaſi longitudine demſit: ſi vas integrum eſſet, totas quadraginta uncias, forteque aliquid præterea contineret, nam, ut mox probabitur, vetus uncia Romana hodiernâ Romanâ tantillum gravior erat. Vas itaque noſtrum erit ſextarius Romanus duplicatus, quem duplicem ſextarium olim ſextarium caſtrenſem vocabant. Urbanus ſextarius viginti, caſtrenſis vero quadraginta uncias capiebat. En formam congii, ſextarii urbani & ſextarii caſtrenſis, quos ſecundum formam magnitudinemque propriam expreſſimus. Quæ ſequuntur menſuræ omnes, præter eam quam ex Muſeo illuſtriſſimi D. Foucault eduximus, in minorem formam redactæ ſunt ab eis qui ipſas publicarunt. Qui certe non ſat intellexerunt id maxime in hiſce rebus quæ menſuras & pondera ſpectant, curandum eſſe, ut ad lectoris inſtitutionem ſua propria amplitudine formaque dentur.

IV. Begerus ſextarium caſtrenſem protulit, ſed uſque adeo imminutum, ut ne ſextarium [1] quidem urbanum, qui viginti uncias capiebat, nedum caſtrenſem qui quadraginta, exprimere valeat. Schema ſequens eſt [2] quartarii, ſic nominati, quia quartam ſextarii partem continebat, pondo quinque unciarum. Sextarius decem cyathos capiebat, qui cyathus parva menſura erat duarum unciarum; quartarius vero erat duorum atque dimidii cyathorum. Infra prope vas [3] ſat amplum, quod videtur menſura fuiſſe, eſt figura congii Farneziani in minorem [4] formam redacti per Raphaelem Fabretum. Congium ſupra dedimus integra forma.

CHAPITRE VIII.

I. Mesure de liquides du poids de deux livres, établie sous l'Empereur Pertinax. II. Autres mesures. III. Comparaison des mesures Attiques avec les Romaines. IV. Rapport des mesures Romaines entre elles.

PL. LXXXVI. I. UN des morceaux d'antiquité des plus curieux qu'on ait encore vûs, est la mesure établie sous l'Empereur Pertinax, qui se voit au cabinet de l'illustre M. Foucault. L'inscription en est telle :

IMP. CÆS. P. HELVI. PERTINACIS AVG. P. II.

qu'il faut lire ainsi : *Imperatoris Cæsaris Publii Helvii Pertinacis Augusti pondo duarum.* Le sens en est, que c'est une mesure pesant deux livres, établie sous l'Empereur P. Helvius Pertinax. Nous avons fait mesurer ce vase; l'eau qu'il contient pese vingt & une onces & deux gros; au lieu que pour faire deux livres Romaines de douze onces chacune, il faudroit que cette eau pesât vingt-quatre onces : mais il est à remarquer que ce vase est fort rouillé par dedans, & d'une rouille forte & épaisse : je croi que s'il étoit bien nettoié, il tiendroit sans doute les vingt-quatre onces. Je ne sai au reste si l'once de Paris est préciséement la même chose que l'once Romaine d'aujourd'hui : ce qui est certain, c'est que douze pouces Romains qui font le pied Romain, ne font que onze de nos pouces : cette même proportion se pourroit trouver sur les poids, mais je n'en suis pas sûr.

PL. LXXXVII. II. Le conge de la planche suivante a été réduit [1] ainsi par le P. du Molinet qui l'a donné dans son cabinet de Sainte-Genevieve. Le [2] *sextarius* & le *quartarius* que nous donnons ensuite, ont été réduits de même par le P. du Molinet, qui les a fait graver; [3] nous les donnons comme il les a donnez : si on n'y voit pas la grandeur veritable, on y verra la forme du vase tel qu'il est à Sainte Genevieve.

III. Le Traité grec d'un Anonyme que nous avons imprimé il y a environ trente ans, fait la comparaison des poids & des mesures Romaines avec les Attiques en cette maniere : » La mna ou la mine a cent holques, & selon le poids »Italique cent douze. L'once a sept holques (Italiques) & six holques Attiques

---

CAPUT VIII.

I. Mensura liquidorum pondo duarum librarum imperante Pertinace statuta. II. Aliæ mensuræ. III. Atticarum mensurarum cum Romanis comparatio. IV. Romanarum mensurarum divisiones.

I. PULCHERRIMUM singulatissimumque monumentum est vas illud Musei illustrissimi D. Foucault, quod est mensura quædam imperante P. Helvio Pertinace constituta : inscriptio talis est. IMP. CAES. P. HELVI. PERTINACIS AVG. P. II. quæ sic legenda; *Imperatoris Publii Helvii Pertinacis Augusti pondo duarum*, supple librarum. Vas aqua replevi, & aquam appendi curavi, quæ erat unciarum viginti unius duarumque drachmarum : ut autem duas libras efficeret, viginti quatuor unciarum pondus esse oportuit. Verum observandum est totum vas intus densa duraque rubigine esse opertum; quæ rubigo si tolleretur non dubito viginti quatuor uncias plenas repertum iri. Cæterum ignoro utrum uncia Parisina unciæ Romanæ hodiernæ sit prorsus æqualis : ut enim pollex Romanus hodiernus est nostro admodum brevior, ut jam diximus, videtur etiam uncia Romana nostrâ levior esse.

II. Congius sequentis tabulæ [1] sic in minorem formam redactus est a R. P. du Molinet, in Museo scilicet S. Genovefæ, quod editum fuit anno 1692. Similiterque sextarius [2] & quartarius quos postea proferimus, in minorem sunt mensuram redacti ab eodem P. du Molinet, [3] qui eos in ære incidendos curavit : eadem qua ille forma proferimus. Etsi non genuina mensura repræsentetur, forma tamen vasis exhibetur.

III. Græcus anonymi libellus quem ab annis circiter triginta edidimus, pondera mensurasque Romanas confert cum Atticis hoc pacto : *Mna seu mina centum holcas habet, secundum pondus Italicum centum duodecim. Uncia habet holcas septem, Atticas vero sex*

avec

MESURE DU LIQUIDE
DE VINGT QUATRE ONCES



M.r Foucault

MESURES DU LIQUIDE

LXXXVII. *Pl. a la 154. pag. T. III.*

1



S.te Genevieve

2



S.te Genevieve

3

S.te Genevieve

Spon

Spon

Spon



Spon

Spon

Spon

Spon

Spon

T. III 87

avec une obole & quatre calques. L'once a vingt-quatre grammes ; la« gramme eſt une obole & quatre calques. L'holque a ſix oboles, & l'obole« dix calques. Le medimne a douze hemiectes ; l'hemiecte quatre chenices ;« le chenice quatre cotyles Attiques. La cotyle eſt le demi-ſeſtier ; le tryblion« eſt la cotyle Attique. L'oxobathon eſt la quatriéme partie de la cotyle,« & a deux holques, une obole & quatre calques. Le cyathe eſt la ſixiéme« partie de la cotyle, & a huit holques. La cheme a une livre & demie,« la livre douze onces, ſoixante & quinze holques, ſelon un autre poids« ſoixante-douze. Pour parler plus préciſément, la cotyle Greque d'huile a« une livre ; le ſeſtier deux livres ; le ſeſtier Italique une livre & demie. La« cotyle Alexandrine d'huile a vingt onces, celle de vin neuf onces (*il ſem-*« *ble qu'il y ait ici erreur.*) Le ſeſtier de vin d'Italie a une livre huit onces. La« mine Alexandrine a cent cinquante onces, & ailleurs cent cinquante-« huit. Le cus eſt une meſure Attique qui peſe douze cotyles Attiques, &« ſept cens vingt holques. Le chenice a trois cotyles, qui eſt le poids de cent« quatre-vingts holques. Le ſeſtier contient deux cotyles, qui font ſix-vingts« holques &c. «

IV. Il y a dans cet Anonyme des choſes qui ne quadrent pas bien enſemble. Il donne ſix cotyles à la chenice, & en un autre endroit trois, ſans s'expliquer davantage. L'explication des anciennes meſures, & leur reduction aux modernes ſont pleines d'épines, & de difficultez qu'on n'a pu encore reſoudre, non plus que celles des anciens poids. Nous nous contenterons de dire ici ce dont la plûpart des auteurs conviennent.

Le *culleus* tenoit vingt *amphoræ.*

L'*amphora* deux urnes.

L'urne quatre conges.

Le conge ſix ſeſtiers.

Le ſeſtier deux hemines ou cotyles ou demi-ſeſtiers.

L'hemine deux *quartarii.*

Le *quartarius* deux cyathes & demi.

Le cyathe ſe ſoûdiviſoit encore en d'autres meſures plus petites, ſur leſquelles on trouve beaucoup de varieté dans les auteurs. Ces ſoûdiviſions ſe voient dans l'auteur anonyme que nous venons de traduire, & qui ne s'accorde pas

---

cum obolo uno & chalcis quatuor. Uncia habet grammata viginti quatuor. Gramma eſt obolus cum chalcis quatuor. Holce habet obolos ſex ; obolus chalcos decem. Medimnus habet hemiecta duodecim. Hemiecton chœnices quatuor : chœnix cotylas Atticas quatuor. Cotyla vero eſt dimidium ſextarii. Tryblion, ut vocant, eſt cotyla Attica. Oxobathon eſt quarta cotylæ pars, habetque holcas duas cum obolo uno & chalcis quatuor. Cyathus vero habet cotylæ ſextam partem, holcas octo. Cheme libram unam & dimidiam : libra habet uncias duodecim, holcas ſeptuaginta quinque, ſecundum aliud pondus ſeptuaginta duas. Speciatim autem Græca cotyla olei habet libram unam. Sextarius libras duas : Italicus vero ſextarius libram unam & dimidiam. Alexandrina autem olei cotyla habet uncias viginti, vini vero uncias novem (error ut videtur) *Italicus vini ſextarius libram unam uncias octo. Mna Alexandrina pendit uncias centum quinquaginta, alibi centum quinquaginta & octo. Sebum ſiquidem liquidum ſit pendit pro mna una holcas duodecim ; concretum vero holcas ſeptuaginta quinque* (lege quindecim) *cotyla picis liquidæ pendit holcas octoginta. Eryſimi vero libras quatuor. Chus eſt menſura Attica, nempe cotylæ Atticæ duodecim : eſt autem pondo holcarum 720. Chœnix habet menſuram cotylarum trium, pondus holcarum 180. Sextarius continet menſuram cotylarum duarum, pondus holcarum centum viginti.*

IV. In hoc anonymo res ſunt quæ non quadrare videntur : chœnici ſex cotylas tribuit ; alioque in loco tres, nulla adjecta explicatione. Veterum menſurarum ratio & ad hodiernas reductio ſpinis difficultatibuſque eſt plena, quæ hactenus explanari non potuere. Hic ea quæ paſſim a ſcriptoribus ut explorata admittuntur proferimus.

Culleus viginti amphorarum erat.

Amphora duarum urnarum.

Urna quatuor congiorum.

Congius ſex ſextariorum.

Sextarius duarum Heminarum, aut cotylarum, aut duorum ſemiſextariorum.

Hemina duorum quartariorum.

Quartarius duorum & dimidii cyathorum.

Cyathus in alias minores menſuras dividebatur, qua in re etiam non modica apud ſcriptores varietas occurrit : hæ omnes diviſiones obſervantur in ſcriptore anonymo, cujus ſupra locum attulimus, qui ne ſe-

avec lui même. Il y a apparence que les copiſtes ont apporté quelques changemens dans les nombres.

Nous donnons ici les meſures que M. Spon a tirées des manuſcrits de M. de Peireſc, & de M. de Bagarris ; les noms ſe trouvent à chacune ; mais il n'y a rien qui puiſſe faire diſtinguer les grandeurs ; tout y eſt extrémement petit, l'*amphora* n'y eſt guere plus grande que le ſeſtier : on les donne comme on les a trouvez.

---

cum quidem ipſe concordare videtur. Veriſimile autem eſt librarios aliquam in numeros mutationem invexiſſe.

Hic ſubjiciuntur menſuræ a Sponio publicatæ, quas ipſe ex manuſcriptis D. D. de Peireſcii & de Bagarris exſumſerat : cuique menſuræ nomen inſcribitur. Majores hic a minoribus menſuris nulla ratione diſtinguuntur : omnia minuta ſunt, amphora ſextarium vix magnitudine ſuperat. Eodem modo hic proferuntur, quo Sponius protulit.

CHAPITRE IX.

I. L'As & la plus ancienne monnoie de Rome. II. Figures de bœufs ſur les monnoies ; noms de l'as multiplié. III. Diverſes figures de l'as. IV. Diviſion de l'as. V. Figures de cet as diviſé.

I. IL en eſt de l'as Romain comme de preſque toutes les autres antiquitez ; il eſt tres-difficile de le faire remonter à ſa premiere origine. Varron dit que c'eſt Janus qui a le premier battu la monnoie ; pluſieurs le ſuivent, & ſe fondent pour autoriſer cette opinion ſur la tête double de Janus qu'on voit ſur l'as Romain. Nous avons déja parlé au commencement du premier livre de cette double tête de Janus. Les tems de Janus & de Saturne ſont ſi fabuleux, que bien des gens aiment mieux s'en tenir à ce que dit Pline, que ce fut Servius Tullius qui commença le premier à battre monnoie : C'eſt lui, dit-il, qui commença le premier à marquer le cuivre ; on s'en ſervoit auparavant à Rome ſans aucune marque, comme dit Timée. Il y fit mettre la forme de bœufs & de moutons, dit ailleurs Pline.

PL. LXXXVIII. II. Nous trouvons dans nos cabinets de grandes pieces de cuivre avec la figure d'un bœuf. Telle eſt [1] celle du Cabinet de M. Foucault, que nous donnons ici dans toute ſa grandeur. Celle qui [2] vient enſuite eſt du cabinet de Sainte-Genevieve. Ces pieces de cuivre peſent quatre livres ou quatre *as* ; on les appelloit *quadruſſis* ; celles qui n'en peſoient que deux s'appelloient *decuſſis* ; celles de trois, *trecuſſis*. C'eſt de cette forme de bœuf, dit Pline, qu'eſt venu le nom *pecunia* : *Signata eſt nota pecudum, unde & pecunia appellata.*

CAPUT IX.

I. As & vetus moneta Romana. II. Boum figuræ in pecunia, nominaque aſſis multiplicati. III. Variæ aſſis figuræ. IV. Aſſis diviſio. V. Diviſi aſſis figuræ.

I. ASSIS Romani, ut aliorum pene omnium antiquitatis monumentorum originem aſſignare admodum difficile eſt. Janus, inquit Varro, primus monetam ſignavit ; Varroni non pauci adſtipulantur, inque illius opinionis argumentum monetam Jano bifronte ſignatam in medium adducunt. De duplici Jani capite jam principio tomi primi verba fecimus. Jani porro Saturnique tempora adeo ſunt fabulis plena, ut multi alii ſcriptores malint Plinii ſtare verbis, qui monetæ originem ad Servium Tullium refert : *Servius rex*, inquit 33. 3. *primus ſignavit æs, antea rudi uſos Romæ Timæus tradit.* Boum in ære, oviumque formam poſuit, inquit alibi Plinius 18. 3.

II. In Muſeis hodiernis magnas æneas tabulas reperimus cum bovis forma : talis illa [1] ex Muſeo D. Foucault, quam cum menſura ſua tota proferimus : quæ ſequitur eſt ex Muſeo S. Genovefæ [2] educta : hæ æneæ tabulæ pondo ſunt quatuor librarum, ſeu quatuor aſſium : vocabanturque *quadruſſis* ; quæ duorum pondo aſſium erant, *decuſſis* ; quæ trium, *trecuſſis* appellabantur. Ex hac bovis forma ait Plinius ortum nomen, pecunia, eſſe : *Signata eſt nota pecudum, unde & pecunia appellata.*

POIDS

L'AS ET SES PARTIES

1

Mr. Foucault

2



Ste Genevieve

3

Ste Genevieve

4

Ste Genevieve

5

Ste Genevieve

6

Ste Genevieve

L'As et ses parties

1



S.te Genevieve

2



S.te Genevieve

3



S.te Genevieve

4

S.te Genevieve

5



Chev. Fontaine.

6

S.te Genevieve

7

S.te Genevieve

III. La ſuivante [3] qui a d'un côté la tête de Rome avec des panaches extraordinaires, & de l'autre un bœuf avec l'inſcription *Roma*, eſt un as du poids de douze onces. L'as eſt, à ce qu'on croit, fait du mot *æs* : tous les as & toutes les monnoies Romaines étoient anciennement de cuivre. L'as & la livre que les Grecs appelloient *litra*, étoient la même choſe : elle ſe diviſoit en douze onces ; cet as, dit le P. du Molinet, les peſe auſſi à peu de choſe près : il eſt rare que ces pieces aient tout leur poids, & qu'elles n'aient rien perdu durant le cours de tant de ſiecles. Les as ſuivans ſont auſſi de même poids, & repréſentent une tête de [4] Mercure ; la tête double de [5] Janus avec un navire au revers ; & la tête de [6] la ville de Rome. Dans la planche ſuivante on voit celui qui a d'un côté la tête double de [1] Janus, & de l'autre une maſſue avec une inſcription Hetruſque qu'on n'entend pas. Le [2] ſuivant repréſente un coq. Un autre a d'un côté [3] la tête d'un Roi, apparemment de quelque contrée d'Italie, & au revers un chien couché avec l'inſcription *Hatri*, dont on ignore le ſens. Un autre a la tête [4] couronnée de laurier. Toutes ces pieces de monnoie ſont faites avant la premiere guerre Punique, & ont le poids de douze onces à peu de choſe près, comme le remarque le Pere du Molinet qui les a publiées.

3 4 5 6 — Pl. LXXXIX 1 2 3 4

IV. Outre ces pieces de l'as entier, il y en a d'autres qui n'en contiennent qu'une portion. L'as diviſé en ſes parties ſe marquoit par les noms ſuivans. Le *deunx* avoit les onze parties de l'as, comme qui diroit *deeſt uncia* ; le *dextans*, les dix parties ; le *dodrans*, les neuf ; le *bes*, les huit ; le *ſeptunx*, les ſept ; le *ſemiſſis*, les ſix ; le *quincunx*, les cinq ; le *triens*, les quatre, parcequ'ils font le tiers de douze ; le *quadrans*, les trois, parcequ'ils font le quart de l'as ; le *ſextans*, les deux, parcequ'ils font la ſixiéme partie de l'as ; *ſtips uncialis*, une once. De cet as ainſi diviſé nous ne trouvons en une piece que le *ſemiſſis*, le *triens*, le *quadrans*, le *ſextans* & l'once : ce qui fait juger que les autres parties n'étoient pas d'une ſeule piece.

V. Le *ſemis* ou *ſemiſſis*, ou la piece de ſix onces, ſe trouve aſſez ſouvent, & avec la lettre S. qui veut dire *Semis*. Nous donnons ici la forme de trois *ſemis*. Le premier [5] eſt de M. le Chevalier Fontaine Anglois : la tête eſt inconnue, & le revers a comme un fer de lance. Le ſecond [6] donné par le P. du Molinet, a une tête ſimple de Janus ou de Jupiter, & au revers une proue de na-

5 6

III. Sequens quæ ab una parte [3] caput Romæ exhibet, ab altera bovem cum inſcriptione ROMA, eſt as pondo duodecim unciarum. As putant a nomine æs factum : aſſes quippe omnes atque monetæ Romanæ ex ære olim erant. As atque libra, quam Græci λίτραν appellabant, idipſum erant. Libra in duodecim uncias dividebatur : totidem fere unciarum pondus hic as habet, inquit P. du Molinet : raro autem hæ monetæ priſcum pondus totum retinent, cum difficile ſit ut tot ſæculorum curriculo nihil ex materia deteratur. Ejuſdem ſunt ponderis ſequentes aſſes repræſentantque alius [4] caput Mercurii, alius Janum [5] bifrontem, cum nave in poſtica parte, alius Romam urbem [6] capite muliebri galeato. In ſequenti tabula [1] as viſitur cum Jano bifronte in una, & clava in altera facie cum inſcriptione hetruſca, quæ non intelligitur. Sequens gallum [2] repræſentat. Alius ab altera facie caput cujuſpiam regis exhibet, [3] qui in quadam Italiæ parte regnaverit, in altera vero facie canem recumbentem cum inſcriptione *Hatri*, cujus ſenſus ignoratur : in alio caput [4] laureatum repræſentatur. Hæ omnes monetæ ante primum bellum Punicum cuſæ ſunt, ponduſque ſervant duodecim unciarum parva ex pondere deciſione facta, ut notat P. du Molinet, qui eas publicavit.

IV. Præter hos aſſes, partes etiam aſſis in aliis nummis reperiuntur. As porro in ſuas diviſus partes his ſignificabatur nominibus ; deunx undecim partes aſſis habebat, quaſi dicas, *deeſt uncia* ; dextans, decem partes aſſis ; dodrans novem partes ; bes octo ; ſeptunx ſeptem ; ſemiſſis ſex ; quincunx quinque ; triens quatuor, quia tertiam partem duodeni numeri efficiebant ; quadrans tres partes, quia quartam aſſis partem conſtituunt ; ſextans duas, quia ſexta pars aſſis ſunt : ſtips uncialis, uncia eſt una. Ex aſſe ita diviſo has ſolum partes uno in nummo expreſſas reperimus, ſemiſſim, trientem, quadrantem, ſextantem, & unciam ; unde argui videtur cæteras partes nunquam uno nummo ſingulatim expreſſas fuiſſe.

V. Semis ſive ſemiſſis ſat frequenter occurrit cum litera S, quæ ſemis ſignificat. Trium ſemiſſium hic formam damus ; primus [5] eſt nobiliſſimi equitis Fontanæ Angli, cujus caput incognitum eſt ; in poſtica vero parte cen ferrum haſtæ conſpicitur : alius a P. du Molinet prolatus caput [6] Jani ſimplex habet, & in poſtica parte proram navis : tertius caput [7] Romæ

7 vire : le troiſiéme une tête de 7 Rome ou peutêtre de Mars, & une autre tête au revers. Les petites marques qu'on trouve dans ces monnoies & dans les ſuivantes, ſont, comme on le croit aſſez probablement, des marques des Monetaires. On inſtitua à Rome quatre lieux où l'on battoit monnoie, qui pouvoient ſe diſtinguer les uns des autres par ces ſignes, tout de même qu'aujourd'hui differentes villes du Roiaume où l'on bat monnoie, ſont diſtinguées ſur les monnoies mêmes par des lettres.

PL. XC. Les *triens* ou les pieces de quatre onces ſe trouvent auſſi dans le cabinet de Sainte-Genevieve, marquées de quatre gros points en relief. Le P. du Molinet en a donné trois, dont le premier a la tête de Rome, & au revers la tête d'un cheval ; le ſecond a d'un côté un dauphin & une faucille, & de l'autre la foudre ; le troiſiéme repréſente une main bandée par le milieu, & au revers deux maſſues, entre leſquelles eſt un ancien mot IAIEDE, dont on ignore la ſignification. Ces marques étoient arbitraires à Rome comme ailleurs. Plutarque dans la vie d'Artaxerxes dit que les monnoies de Perſe avoient la marque d'un homme portant un arc & des fleches.

Le *quadrans* qui peſe trois onces ſe trouve plus communement que les autres poids. Le premier eſt de notre cabinet, c'eſt une main ouverte avec trois points, qui ſe trouvent auſſi au revers avec deux pointes qui ſemblent deux fers de hallebarde ou de pique ; le P. du Molinet les a priſes pour deux poiſſons ; mais quoiqu'on ne puiſſe pas dire préciſement ce que c'eſt, on peut aſſurer que ce ne ſont pas des poiſſons ; cette marque ſe trouve ſouvent dans d'autres monnoies antiques, où on ne reconnoit nullement la figure de poiſſon. Le ſecond *quadrans* a un cochon de chaque côté ; le troiſiéme un chien d'un côté, & de l'autre une roue. Nous y en ajoutons un autre de notre cabinet, qui reſſemble entierement à un as que nous avons donné ci-devant après le P. du Molinet, mais celui là peſe douze onces, & celui-ci n'en peſe qu'environ trois, & eſt par conſequent un *quadrans*. Il a la tête double de Janus d'un côté, & de l'autre une maſſue avec une inſcription Hetruſque que le P. du Molinet lit *Odicela* : je n'oſerois ni ſuivre cette leçon, n'y en chercher une autre ; d'autant plus que ſi cet habile homme a bien lu, on n'en eſt pas plus ſavant pour cela ; *Odicela* ne ſignifie pas plus pour nous qu'un nom qu'on ne ſauroit lire.

PL. XCI. Le *ſextans* ſe trouve auſſi marqué par deux points dans pluſieurs mon-

---

ſive forſitan Martis, cum alio capite in poſtica parte. Parvæ notæ & ſigna quæ in hiſce nummis occurrunt, ſunt, ut putatur, monetariorum notæ. Romæ quatuor officinæ inſtitutæ fuerunt, quæ hiſce ſignis diſtingui poterant ; ut hodieque officinæ diverſarum urbium in queis monetæ percutiuntur, aliquot literis in ipſis monetis diſtinguuntur.

Triens ſive nummus quatuor unciarum in Muſeo etiam S. Genovefæ reperitur, quatuor craſſiſſimis punctis ſignatus. Tres P. Molineus dedit, quorum primus caput Romæ habet & in poſtica parte caput equi ; ſecundus ab altera parte delphinum & falculam, ab altera fulmen ; alius manum ligatam in medio exhibet, & in alia facie duas clavas, cum inſcriptione I A I E D E, cujus ſignificatio ignoratur. Hæ notæ Romæ ex arbitrio pendebant ut & alibi. Ait Plutarchus in vita Artaxercis in nummis Perſarum ſignum notamque eſſe ſagittarium ſeu virum arcum ſagittaſque geſtantem.

Quadrans cujus pondus unciarum trium, frequentius quam cæteri in Muſeis occurrit : primus Muſei noſtri volam manus exhibet cum tribus punctis ; quæ puncta etiam in poſtica parte occurrunt cum duobus aculeis, qui haſtæ ferrum pene referunt : P. du Molinet piſces eſſe putat : ac licet certo dici nequeat quidnam ſint, affirmare tamen poſſumus non eſſe piſces. Hæc quippe nota in aliis quoque nummis occurrit, ubi nihil ad piſcis formam referri poteſt. Secundus quadrans ſuem in utraque facie exhibet ; tertius canem in una facie, rotam in altera : alium addimus ex Muſeo noſtro, omnino ſimilem aſſi, quem ſupra poſt P. du Molinet edidimus ; ſed ille duodecim, hic trium unciarum eſt, & ex conſequenti quadrans. Janum bifrontem hic exhibet, & in altera facie inſcriptionem hetruſcam, quam is ipſe legit O DICELA, cui lectioni nec adſtipulari, nec aliam quærere lectionem auſim ; bene an male legerit vir ille eruditus, non hinc doctiores diſcedimus, *Odicela* enim nihil plus nobis ſignificat, quam vox quæ legi nequeat.

Sextans duobus punctis in nummis notatur : quæ

L'As et ses parties

XC. Pl. a la 156 page T. III



S.te Genevieve



S.te Genevieve



S.te Genevieve



S.te Genevieve



S.te Genevieve

N. Cabinet

PARTIES DE L'AS

Cabinet de Ste Genevieve

noies ; ces deux points veulent dire deux onces, qui font la ſixiéme partie de l'as, ſignifiée par *ſextans*. Le premier *ſextans* a une tête de Mercure, & au revers une proue de navire ; le ſecond une coquille, & au revers un caducée ; le troiſiéme un chien & une lyre ; le quatriéme un vaſe & une roue.

Voici d'autres monnoies d'une once, dont la premiere a pour marque une grenouille, & au revers une ancre ; la ſeconde un oſſelet appellé *talus*, & au revers une faucille ; la troiſiéme un vaſe à deux anſes, & au revers comme un fer de pique.

La plûpart des pieces que nous venons de repréſenter & d'expliquer ſont tirées du cabinet de Sainte-Genevieve. Elles y ſont venues, dit le P. du Molinet, du cabinet de M. de Peireſc ce fameux antiquaire, & la plûpart y étoient encore marquées de ſa propre main. Le P. du Molinet y a mis des explications courtes & ſavantes, dont nous nous ſommes ſervis, hors quelques petits endroits où nous ne ſommes pas de ſon ſentiment.

---

duo puncta duas uncias ſignificant, quæ ſunt ſexta pars aſſis voce ſextantis ſignificata. Primus ſextans caput Mercurii habet, & in poſtica facie proram navis; ſecundus cochleam & in altera parte caduceum ; tertius canem & lyram ; quartus vas & rotam.

En alios unius unciæ nummos quorum primus ranam exhibet, in alteroque latere anchoram ; ſecundus talum & in poſtica facie falculam ; tertius vas anſatum & in alia facie quaſi ferrum haſtæ.

Ii quos hactenus edidimus nummi maxima pars ex Muſeo S. Genovefæ educti ſunt. In hoc autem Muſeum invecti ſunt, inquit R. P. du Molinet, ex Muſeo D. Peireſcii inter antiquariæ rei ſtudioſos celeberrimi, maximaque eorum pars ejus propria manu ſignata erat. R. P. du Molinet eruditas breveſque notas adjecit quas ſequuti ſumus ut plurimum, aliquot exceptis notulis, quas emendandas putavimus.

CHAPITRE X.

I. L'as réduit à ſa ſixiéme & depuis à ſa douziéme partie. II. Diviſions de l'as réduit. III. La difference entre l'airain peſant, qu'on appelloit æs grave, *& l'airain marqué, qu'on appelloit* æs ſignatum.

I. LEs finances ſe trouvant fort courtes à la premiere guerre Punique, les Romains furent contraints de faire une reduction fort extraordinaire de l'as en ſa ſixiéme partie : ils fondirent toutes les monnoies de l'Epargne, & réduiſirent, dit Pline, l'as au *ſextans*, douze onces à deux : c'eſt ce qu'on appelle as *ſextantarius* ou *ſextantalis*. Malgré l'inégalité du poids cet as ſi diminué eut la même valeur que l'ancien as. On trouve aſſez ſouvent de ces monnoies de bronze de deux onces : il y a même apparence que la plûpart des as ſextantales qu'on trouve, aujourd'hui ont été frappez depuis la premiere guerre Punique. On trouve encore un plus grand nombre d'as d'une once, qui ont la plûpart le double Janus d'un côté, & la proue du navire de l'autre. Ce fut à la ſeconde guerre Punique, lorſqu'Hannibal réduiſit la Republique à l'extremité, & ſous la Dictature de Q. Fabius Maximus, que les as furent réduits à une once, à la marque de Janus d'un côté, & de la proue de l'autre. Le P. du Molinet donne l'un & l'autre as réduit, tiré du cabinet de M. de Peireſc.

II. Il donne auſſi le *ſemis* de l'as *ſextantalis* ainſi réduit ; car on le ſubdiviſa en ſes parties ; & il y ajoute encore celui de l'as *uncialis*, l'un & l'autre ſont marquez par un S. Il met auſſi le *triens* du même as réduit, c'eſt à dire la troiſiéme partie de l'as, qui eſt de quatre onces réduites à proportion ; & tout de même le *quadrans* ou le quart de l'as, qui eſt de trois onces réduites : il donne enſuite le *ſextans*, qui eſt la ſixiéme partie de l'as marquée de deux points, & la piece d'une once marquée d'un point : l'une & l'autre ſelon la réduction de l'as *ſextantalis*. Les deux pieces qui ſuivent ſont le *triens* & le *quadrans* ainſi réduits ſur la proportion de l'as oncial établi à la ſeconde guerre Punique.

III. Une queſtion entre les Critiques eſt de ſavoir qu'eſt-ce que les anciens

---

CAPUT X.

I. Reductio aſſis ad ſextam, & poſtea ad duodecimam ſui partem. II. Aſſis reducti diviſiones. III. Diſcrimen inter æs grave & æs ſignatum.

I. DEFICIENTE, primo bello Punico, re pecuniaria, Romani eo redacti ſunt, ut as in ſextam ſui partem reformarent. Omnes eos qui in ærario erant nummos conflaverunt, *conſtitutumque*, inquit Plinius 33. 3. *ut aſſes ſextantario pondere ferirentur*, ſic pro duodecim unciis duæ habitæ ſunt. Illud autem eſt quod aut as ſextantarius aut as ſextantalis vocatur : quantavis eſſet ponderis inæqualitas, ſic imminutus as pro aſſe pleno habebatur. Hujuſmodi duarum unciarum monetæ frequenter occurrunt. Veriſimileque eſt omnes aſſes ſextantales qui hodieque reperiuntur poſt primum bellum Punicum repertos fuiſſe. Majore tamen numero reperiuntur aſſes unciales, qui plerique omnes in una facie Janum bifrontem habent, & navis proram in altera. Eo redacta moneta fuit ſecundo bello Punico cum Hannibal Rempublicam Romanam in extremas redegit anguſtias, Dictatore Fabio Maximo : tunc as in unciam unam reductus eſt cum Jano ab altera, proraque navis ab altera facie. Utrumque aſſem ſic reductum exhibet R. P. du Molinet ex Muſeo Peireſcii eductum.

II. Semiſſem etiam aſſis ſextantalis ſic reducti profert, nam in partes minores diviſus fuit ; additque etiam aſſis uncialis ſemiſſem, atque trientem eodem reductum modo, pariterque quadrantem ſeu quartam partem aſſis hujuſmodi ; poſtea vero ſextantem dat ſive ſextam aſſis ita reducti partem duobus notatam punctis & uncialem nummum uno puncto ſignatum, utrumque ſecundum reductionem illam aſſis ſextantalis : duo ſequentes nummi triens ſunt & quadrans ſic reducti ſecundum rationem aſſis uncialis ſecundo Punico bello conſtituti.

III. Inter eruditos quæſtio eſt, quid Veteres in-

entendoient par *æs grave*, ou l'airain peſant. Ce terme ſe trouve dans quelques auteurs Latins, par exemple dans Tite-Live qui dit : *Quelques-uns firent un preſent agreable, en faiſant porter à la monnoie des chariots d'airain peſant* : & dans Aulugelle qui dit que *les Ediles du peuple condamnerent la fille d'Appius l'aveugle à une amende de vingt-cinq mille livres d'airain peſant.* Les Commentateurs & les Antiquaires ſont diviſez ſur la ſignification de cet airain peſant ; les ſentimens ſont fort partagez. Entre ceux qu'on a propoſez, ces deux paroiſſent les plus plauſibles. L'airain peſant ſe peut ainſi appeller pour le diſtinguer de l'airain marqué, ou de l'as & de ſes parties, qui couroient dans le commerce comme la monnoie, & qui étoient auſſi une monnoie veritable ; à peu près comme nous dirions aujourd'hui mille livres en or, & mille livres peſant d'or : mais la grande difference qui ſe trouve aujourd'hui entre l'une & l'autre quantité d'or, ne ſe trouvoit pas entre l'airain peſant & l'airain marqué ; il n'y en avoit pas même du tout, lorſque l'as avant ſa réduction avoit tout le poids d'une livre. Une autre maniere d'expliquer l'airain peſant, eſt de l'entendre par rapport aux réductions qui en furent faites : l'as peſoit anciennement douze onces comme la livre ; cet as fut depuis reduit à deux, & dans des tems poſterieurs à une once, en conſervant toujours l'ancienne valeur malgré la diminution du poids. On ſe ſera donc ſervi du terme d'airain peſant pour le diſtinguer de cet airain marqué qui avoit été réduit : en ſorte que qui étoit condamné à paier vingt-cinq mille livres d'airain peſant, devoit les paier ſelon l'ancien poids, & donner autant de livres peſant d'airain. Voila à mon avis ce qu'on peut dire de plus vraiſemblable ſur une choſe qui n'eſt pas encore tout-à-fait éclaircie.

---

telligerent per *æs grave*, quæ loquendi ratio apud ſcriptores quoſdam occurrit : exempli cauſa apud Titum Livium lib. 4. c. 60. qui ait: *æs grave plauſtris quidam ad ærarium convehentes, ſpecioſam etiam collationem faciebant* ; & apud Aulum Gellium, qui de filia Appii cæci loquens dicit : *multam dixerunt ei æris gravis viginti quinque millia.* Veterum ſcriptorum interpretes, & rei antiquariæ ſtudioſi de æris gravis ſignificatione diſputant, opinionumque ſunt facta divortia. Inter varias autem ſententias, hæ duæ magis ad rei veritatem accedere videntur. Æs grave ſic vocari poteſt, ut diſtinguatur ab ære ſignato, vel ab aſſe ab ejuſque partibus, quæ publici uſus erant utpote monetæ, quod ut exemplo rem percipias ; eodem modo æs grave ab ære ſignato diſtinguebatur, quo hodie diſtinguerentur mille libræ auri appenſi, a mille libris ſecundum monetæ uſum acceptis, quæ auro ſolverentur : ſed tamen illud tantum diſcriminis, quod hodie reperitur inter mille libras auri appenſi, & mille libras auri ſecundum currentem monetam, & vulgarem intelligendi rationem, nequaquam inveniretur inter æs grave & æs ſignatum ; imo ne minimum quidem diſcriminis intercedebat quando as totum pondus duodecim videlicet unciarum habebat. Alius modus explicandi æs grave eſt, ſi intelligatur ratione habita reductionum, quæ poſtea factæ ſunt. Aſſis pondus olim erat duodecim unciarum perinde atque libra ; poſtea vero as ad duas uncias, demumque ad unam unciam reductus eſt, eodem tamen ſemper ſervato precio etſi pondus tam inæquale eſſet. Æs grave itaque commemoratur ut diſtinguatur ab ære ſignato quod reductum fuerat, ita ut qui viginti quinque millia librarum in ære gravi pendere juſſus eſt, ſecundum antiquum pondus eas ſolvere debuerit, & totidem pondo libras dare. Hæc veriſimiliter meo judicio dici poſſunt circa rem nondum prorſus exploratam.

CHAPITRE XI.

I. Le tems où l'on commença à frapper des monnoies d'argent à Rome. II. Figures de ces monnoies d'argent, & leur diviſion. III. Le grand & le petit Seſterce. IV. Monnoies d'argent fourrées de cuivre. V. Le denier d'argent augmenté à la ſeconde guerre Punique. VI. Monnoie d'or quand introduite à Rome.

I. LEs Romains pendant long tems ne ſe ſervirent que de monnoies de cuivre. » Ce fut, dit Pline, l'an de la fondation de Rome quatre cens »quatre-vingt cinq, Q. Ogulnius & C. Fabius étant Conſuls, que l'argent fut »marqué, cinq ans avant la premiere guerre Punique. On établit que le »denier vaudroit dix livres de cuivre, que le quinaire en vaudroit cinq, & »le ſeſterce deux & demi. (*Cette date qui étoit corrompue en pluſieurs éditions, » a été ainſi rétablie par d'habiles gens.*) Hannibal, *reprend Pline*, faiſant une »rude guerre à la Republique, les as furent réduits à une once, lorſque »Q. Fabius Maximus étoit Dictateur, & l'on établit que le denier vaudroit »ſeize as, le quinaire huit, & le ſeſterce quatre. Ainſi la Republique gagna »la moitié ſur la monnoie: mais pour la paie de l'armée le denier paſſoit »pour dix as. La marque de l'argent étoit des biges & des quadriges; de »là vint que les deniers furent appellez *bigati* & *quadrigati*. Peu de tems après »par la loi *Papiria* les as furent réduits à demi-once. Livius Druſus Tribun »du peuple mêla à l'argent un huitiéme de cuivre. Le denier qu'on appelle »preſentement *Victoriatus*, fut frappé ſelon la loi *Clodia*. Avant ce tems là »cette monnoie étoit apportée de l'Illyrie, & paſſoit en commerce comme »une marchandiſe. Il eſt marqué de la Victoire, & c'eſt de là qu'il a pris ſon »nom.

PL. XCII. II. Toutes ces monnoies dont parle Pline, ſont rapportées & repréſentées par le P. du Molinet. La premiere eſt un [1] double denier, qui valoit autant que le didrachme des Grecs, & peſoit environ deux drachmes. Il avoit d'un côté la tête de Janus ſans barbe avec une couronne de laurier, & de l'autre une *quadrige* avec ce mot *ROMA* gravé en creux. On trouve peu de ces doubles deniers. Le denier étoit ainſi nommé parcequ'il valoit dix as de cuivre. On en voit une quantité prodigieuſe; le plus grand recueil qui en a été fait eſt celui

[1] *Decim aſſibus permutari, quinarium octonis, ſeſtertium quaternis. Ita reſpublica dimidium lucrata eſt. In militari tamen ſtipendio ſemper denarius pro decem aſſibus datus. Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ: & inde bigati quadrigatique dicti. Poſt lege Papiria ſemunciales aſſes facti. Livius Druſus in tribunatu plebis octavam partem æris argento miſcuit. Qui nunc victoriatus appellatur lege Clodia percuſſus eſt; antea enim hic nummus ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur: eſt autem ſignatus victoria, & inde nomen.*

CAPUT XI.

I. Quandonam primum cuſa moneta argentea Romæ fuit. II. Hujuſmodi monetæ ſchemata ejuſque diviſio. III. Magnum parvumque ſeſtercium. IV. Monetæ argenteæ, quibus æs inſerebatur. V. Denarius argenteus precio auctus ſecundo bello Punico. VI. Moneta aurea quandonam Romam inducta.

I. ROMANI diu æneis tantum nummis ſunt uſi: *Argentum ſignatum eſt*, inquit Plinius 33. 3. *quinto Ogulnio & C. Fabio coſſ. quinque annis ante primum bellum Punicum. Et placuit denarius pro decem libris æris, quinarius pro quinque, ſeſtertium pro dipondio ac ſemiſſe.* Hæc anni nota in pleriſque editis corrupta a doctis viris reſtituta fuit. *Poſtea Annibale urgente*, ſubjungit Plinius, *Q. Fabio maximo dictatore, aſſes unciales facti, placuitque denarium ſex-*

II. Hæ omnes monetæ de quibus Plinius a P. du Molinet repræſentantur. Prima eſt [1] duplex denarius, qui Didrachmo Græcorum æqualis precio erat, & erat pondo duarum circiter drachmarum. Caput, inquit, Jani imberbis præ ſe ferebat, lauroque coronati: in altera facie hæc erat inſcriptio ROMA in ære inciſa, non prominens: pauci vero hujuſmodi reperiuntur. Denarius autem ſic vocabatur quia decem aſſibus æreis permutabatur. Denarii hujuſmodi innumeri in Muſeis exſtant, eorum collectio maxima omnium ea

de

MONNOIES D'OR ET D'ARGENT

1 2 3 4

Cabinet de Ste Genevieve

de M. Vaillant dans les medailles Conſulaires. Il y a une grande varieté de types ; dans celui que nous donnons [2], le nombre X. eſt marqué. Le quinaire étoit la moitié du denier, & valoit cinq as marquez par la [3] lettre V. Les marques ſe trouvent rarement dans les deniers & dans les quinaires. 2 3

III. Le ſeſterce que nous [4] donnons enſuite valloit deux as & demi ; c'étoit la moitié du quinaire & le quart du denier. On le marquoit par H S. ou I I. S. qui veut dire *duo & ſemis*, deux as & demi. C'étoit le petit ſeſterce ; le grand ſeſterce ſe comptoit par milliers, en ſorte que le mille étoit ſouſentendu quand on diſoit *centum* ou *centies I I S.* ou *centum ſeſterciûm*, cela vouloit dire cent mille ſeſterces ; *ſeſtercium* eſt là au genitif plurier. 4

IV. On trouve ſouvent de ces deniers crenelez, qui s'appelloient en latin *ſerrati nummi*, pour reconnoitre la fraude des faux monnoieurs, qui faiſoient entrer dans les deniers une lame de cuivre, qu'ils couvroient deſſus, deſſous & ſur les côtez d'une lame d'argent, & cela ſi adroitement qu'il étoit difficile de n'y être pas trompé ; pour éviter, dis-je, cette fraude, on faiſoit des dents tout autour des medailles. Cela fait voir combien l'argent étoit rare en ce tems-là, où l'on emploioit tant d'art & tant de peine pour une auſſi petite piece d'argent qu'étoit le denier. Je ne ſai ſi on trouveroit aujourd'hui un ouvrier aſſez habile pour une ſi ſubtile fraude. Ces medailles qu'on appelle aujourd'hui fourrées, ne ſont pas moins eſtimées que les autres. Les deniers nommez *bigati* & *quadrigati* prenoient leurs noms des *biges* & des *quadriges* marquées au revers. Le denier qu'on nommoit *Victoriatus*, avoit une Victoire au revers. Il y avoit auſſi des quinaires qui portoient la même marque : celui que nous donnons eſt de ce nombre.

On croit que le premier denier d'argent qui fut fabriqué à Rome eſt celui qui a une tête de Cybele tourrelée, ou comme M. Vaillant croit, une tête d'Alexandrie. Il fut fait EX A. PV. c'eſt-à-dire *ex argento publico*, del'argent public : le revers a, C. FABI. C. F. *Caius Fabius Caii filius*. Le P. du Molinet croit que c'eſt C. Fabius Pictor ſous lequel on commença de marquer l'argent ; mais M. Vaillant me paroit bien fondé à dire que c'eſt ſon fils qui fut envoié legat à Alexandrie avec Q. Fabius Gurges ſon frere & Q. Ogulnius ; & que c'eſt en memoire de cette legation qu'il a mis ici une tête avec des creneaux, qui pourroit marquer Cybele auſſi-bien que la ville d'Alexandrie, ſi l'oiſeau

---

eſt quæ a Valentio edita fuit de nummis conſularibus. Magna typorum varietas obſervatur, in eo nummo [2] quem hic proferimus X nota pro denario exprimitur. Quinarius denarii media pars erat ac quinque aſſibus permutabatur [3] per literam V notatis, quæ notæ raro in denariis & in quinariis occurrunt.

III. Seſtertius [4] qui ſequitur duobus & dimidio aſſibus permutari ſolebat, erat dimidium quinarii, & quarta pars denarii. Hac porro nota ſignificabatur H S. vel I I S, quod ſignificat *duo & ſemis*, duo aſſes cum dimidio. Hic parvus ſeſtertius erat ; magnus vero ſeſtertius millenis ſeſtertiis computabatur, ita ut cum dicebatur centum IIS. centum vel centies ſeſtertiûm, centena millia ſeſtertiûm intelligerentur, ſeſtertiûm autem ibi in genitivo plurali eſt.

IV. Sæpe reperiuntur nummi quidam pinnis diſtincti, quos ſerratos nummos vocabant. Ut enim fraudem monetariorum explorarent, qui laminam æneam in denariis argenteis inſerebant, quam laminam tam accurate argento operiebant in utraque facie atque in lateribus, ut nemo fallaciam ſuſpicari poſſet, ut hanc, inquam, fraudem vitarent, nummi ſerrabantur, ita ut in iis dentes undique videantur. Unde colligatur, quam rarum eo tempore argentum eſſet, ubi tanta arte tantoque ſtudio in modico argenti denario fucando laborabatur : neſcio an quiſpiam reperiri hodie poſſit artifex tam artificioſæ fallaciæ. Hi nummi quos hodie *medailles fourrées* vocant ; non minori in precio habentur quam reliqui. Denarii *bigati* & *quadrigati*, ſic nominabantur a bigis & quadrigis quas in poſtica parte referebant. Denarius quem victoriatum vocabant, Victoriam in poſtica habebat. Quinarii etiam eumdem referebant typum : ille quem proferimus ex eorum erat numero.

Qui primus in Urbe denarius cuſus eſt caput Cybeles turritæ habet, vel ut Valentius putat, Alexandriæ urbis : factus autem fuit E X A. P V. hoc eſt ex argento publico : in poſtica parte legitur C. F A B I. C. F. Caius Fabius Caii filius. Exiſtimat P. du Molinet C. Fabium Pictorem eſſe ſub quo argentum ſignare cœperunt ; at Valentius jure videtur aliam amplexus opinionem, cum ait filium ejus eſſe, qui filius Alexandriam legatus eſt cum Q. Fabio Gurgite fratre & cum Q. Ogulnio, & in memoriam legationis hujus, caput hujuſmodi turritum poſuit, quod Cybelen poſſet exprimere perinde atque Alexandriam, niſi

Ibis qui eſt de l'autre côté ne déterminoit à la prendre pour Alexandrie. Selon cette explication ce denier pourroit bien n'être pas le premier frappé.

V. A la ſeconde guerre Punique le denier d'argent, dit Pline, fut augmenté juſqu'à la valeur de ſeize as ; c'eſt apparemment ce que marque le nombre de XVI. mis derriere la tête de Rome ; nous donnons cette medaille après le P. du Molinet, qui nous a auſſi donné le denier appellé *drachmalis*, parcequ'il peſoit une drachme Attique, qui faiſoit la huitiéme partie d'une once, à quoi fut réduit par Neron le denier d'argent, qui faiſoit auparavant la ſeptiéme partie de l'once. On a auſſi le didrachme du même Empereur en une medaille qui en a & le nom & le poids.

» VI. L'or, dit Pline, fut marqué & mis en monnoie ſoixante-deux ans »après qu'on eut commencé à frapper l'argent : le ſcrupule d'or faiſoit vingt »ſeſterces ; ce qui monte par livres à raiſon des ſeſterces de ce tems-là, à neuf »cens ſeſterces. Le P. du Molinet prend la premiere piece d'or que nous donnons, pour le plus ancien *aureus* qu'on trouve avoir été fabriqué par les Romains ; il dit que l'aiant peſé, il l'a trouvé de même poids que nos Louis d'or de ſon tems : il a d'un côté la tête de Rome, & de l'autre Caſtor & Pollux. La ſeconde piece eſt un *ſemiſſis* ou la moitié de l'*aureus* : il a d'un côté la tête de Mars avec les nombres X. & V. pour ſignifier qu'il valoit quinze deniers d'argent. La petite piece d'or qui ſuit eſt un *tremiſſis*, qui étoit la troiſiéme partie du *ſemiſſis*, & la ſixiéme de l'*aureus* : il peſoit un ſcrupule, qui eſt la troiſiéme partie d'une drachme ; les deux XX veulent dire qu'il valoit vingt ſeſterces, ou cinq deniers d'argent : ce qui revient à ce que dit Pline ci-deſſus, que le ſcrupule d'or faiſoit vingt ſeſterces.

Nous dirons ici en paſſant qu'Alexandre Severe qui fit faire des medailles d'or d'Alexandre le Grand, dont il vouloit honorer la mémoire, en fit faire auſſi d'ambre, *electreos nummos*.

Ibis avis in altera facie poſita pro Alexandria ſtaret. Secundum hanc vero poſtremam interpretationem hic nummus poſſet non eſſe primus argenteus qui percuſſus fuerit.

V. Secundo bello Punico, inquit Plinius, placuit denarium ſexdecim aſſibus permutari : id vero ſignificari videtur hoc numero XVI. pone caput Romæ poſito in denario quem poſt eumdem P. du Molinet damus, qui etiam denarium Drachmalem protulit, ita dictum, quia pondo drachmæ Atticæ erat, quæ erat octava pars unciæ, ex reductione denarii per Neronem, qui denarius antea ſeptimam unciæ partem faciebat. Didrachmon etiam ejuſdem Imperatoris habetur in ipſius nummo, qui vocem δίδραχμον & pondus ipſum præ ſe fert.

VI. *Aureus nummus*, inquit Plinius 33. 3. *poſt annum ſexageſimum ſecundum percuſſus eſt, quam argenteus, ita ut ſcrupulum valeret ſeſterciis vicenis, quod efficit in libras ratione ſeſterciorum, qui tunc erant, ſeſtercios nongentos.* Putat Molinetus primum aureum nummum, quem hic damus, eſſe antiquiſſimum omnium aureorum qui Romæ percuſſi ſunt : ſe vero ipſum appendiſſe dicit Molinetus, & ejuſdem ponderis eſſe deprehendiſſe cujus erant aurei Gallici ſuo tempore : in una facie Romæ caput præfert, in altera Caſtorem & Pollucem. Secundus nummus ſemiſſis eſt, ſive media pars aurei : in antica parte Martis caput habet cum numeris X. & V. ut ſignificetur ipſum valuiſſe quindecim denariis argenteis. Parvus nummus aureus, qui ſequitur, eſt tremiſſis, qui erat tertia pars ſemiſſis, & ſexta aurei, ſcrupulumque appendebat, quod tertia eſt drachmæ pars. XX. ſic bis poſitum ſignificat precium ejus fuiſſe viginti ſeſtertiorum ſeu quinque denariorum argenteorum, quod cum Plinii verbis ſupra conſentit, qui ait ſcrupulum aureum viginti ſeſtertiis valuiſſe.

Hic obiter dicemus Alexandrum Severum nummos aureos Alexandri Magni cudi juſſiſſe, cujus memoriam ſummo in honore habebat, itemque electreos ejuſdem nummos feciſſe.

CHAPITRE XII.

On prouve que les medailles qui ornent nos cabinets, étoient des monnoies.

JE ne dirai rien davantage ſur les medailles : ce n'eſt pas mon deſſein de les faire toutes entrer dans ce recueil. J'ai tiré des medailles beaucoup de choſes répandues dans toutes les parties de ce livre ; j'en ai pris tout ce qui avoit rapport au deſſein de cet ouvrage. Il y a beaucoup d'autres choſes ſur les medailles qui regardent la geographie, les privileges des villes, les loix, les époques, les tribunats, les conſulats, & d'autres ſujets, qui n'entrent point dans notre deſſein. Chacun peut voir ces choſes dans un grand nombre de livres qu'on a faits, & qu'on fait encore tous les jours. Je dirai ſeulement qu'il ſeroit à propos que quelqu'un entreprît de réduire toutes les medailles en un corps d'ouvrage ; cela abregeroit bien cette ſorte d'étude.

Avant que de quitter cette matiere, j'ai cru devoir dire mon ſentiment ſur une queſtion qui a été propoſée depuis longtems, & ſur laquelle je ne voi pas que les Antiquaires ſoient encore bien d'accord ; ſavoir ſi les medailles étoient des monnoies, ou ſi c'étoient des monumens des actions des Princes & des Magiſtrats, des victoires, des triomphes, des trophées &c. qui n'entroient point dans le commerce. J'avoue franchement qu'il y a longtems que j'ai pris mon parti là-deſſus ; & que je ſuis perſuadé que les medailles de grand, de moien & de petit bronze, & les medailles d'or & d'argent étoient des monnoies. Je ne ſai ſi les raiſons qui m'ont déterminé à le croire feront le même effet ſur les autres ; les voici ; le lecteur habile jugera ſi elles ſont concluantes.

Les monnoies courantes portoient l'image des princes, le *numiſma cenſus* preſenté à nôtre Seigneur en fait foi : j'en tire encore une preuve de la lettre de l'Empereur Valerien à Ceionius Albinus rapportée par Vopiſcus, où ce prince donne à Aurélien pour ſa dépenſe, & en récompenſe de ſes ſervices, deux Antonins d'or par jour, & cinquante petits Philippes d'argent : & dans une autre lettre, le même Empereur lui donne pour la celebration des jeux

---

CAPUT XII.

Nummos qui in Muſeis occurrunt monetam fuiſſe probatur.

DE re nummaria hic finem loquendi faciam : neque enim eam rem de induſtria pertractare animus eſt : multa ex nummis excerpſi in omnibus hujuſce operis partibus diſperſa, omnia ſcilicet quæ ad rem propoſitam pertinebant. Multa alia in nummis ſunt quæ ſpectant ad Geographiam, ad urbium prærogativas, ad leges, ad epochas ſeu temporum rationes, ad tribunatus, conſulatus, aliaque multa quæ ad propoſitum non faciunt. Hæc quiſque poteſt diſpicere explorareque in libris multis qui jam publicati ſunt, quique in dies novi publicantur. Hoc unum adjiciam, in rei literariæ magnum emolumentum laboraturum eum, qui omnes omnino nummos unum in corpus colligeret, & ſingula paucis, ſed quantum tamen ſatis eſſet pertractaret ; hinc facilem expeditamque ad rei nummariæ notitiam viam ille muniret.

Antequam ab hoc argumento diſcedam ; opinionem meam expromere libet circa quæſtionem jam a plurimis agitatam, de qua eruditorum ſententiæ varias diducuntur in partes, an ſcilicet nummi monetæ fuerint, an vero monumenta ſolum geſtorum a principibus magiſtratibuſque, monumenta etiam victoriarum ; triumphorum, tropæorum, &c. quæ monumenta in uſum publicum atque commercium, ut vocant, non tranſirent. Fateor utique me jam a multis annis in alteram ex his opinionibus pedibus ut aiunt iviſſe ; perſuaſumque omnino habere, nummos magni, medii & infimi moduli, nummos item aureos & argenteos veram fuiſſe monetam, uſu publico tritam : neſcio utrum argumenta quæ me ad eam amplectendam ſententiam induxerunt, parem in aliis exitum ſint habitura : de his eruditus lector judicabit.

Monetæ quæ in uſum publicum cedebant, principis imaginem præ ſe ferebant, ut ex numiſmate cenſus, quod Domino Servatorique noſtro oblatum fuit, arguitur ; aliud argumentum depromo ex epiſtola Valeriani Auguſti ad Ceionium Albinum Præfectum urbi, quam refert Vopiſcus in Aureliano cap. 9. ubi Imperator Aureliano concedit ad impenſam aureos Antoninianos diurnos binos, argenteos Philippeos minutulos quinquagenos, æris denarios centum. In alia autem epiſtola cap. 12. Aureliano dari jubet *ad edi-*

du cirque, trois cens Antonins d'or, trois mille Philippes d'argent. Le même Vopiſcus dans la vie de l'Empereur Probus, rapporte encore une lettre de Valerien à Mulvius Gallicanus, où il dit qu'il lui envoie entre autres choſes cent Antonins d'or, mille Marc-Aureles d'argent, & dix mille Philippes de cuivre. Que ſignifient ces Antonins, ces Marc-Aureles, ces Philippes, ſinon des monnoies qui portoient la figure d'Antonin, de Marc-Aurele & de Philippe Empereurs, & qu'on appelloit ainſi, comme nous diſons aujourd'hui des Louis d'or. Ces monnoies ainſi marquées étoient-elles des medailles de nos cabinets, ou d'autres pieces d'or, d'argent & de bronze, qui portoient de même que ces medailles les images des Empereurs? Si c'étoient des medailles, c'eſt ce que nous prétendons; ſi ce n'étoient point des medailles, où ſont donc allées toutes ces monnoies? Eſt-il poſſible que juſqu'à preſent on n'en ait pû produire une ſeule? On trouve tous les jours en Italie, en France, & ailleurs des treſors cachez en terre, d'or, d'argent, de bronze, où tout eſt medaille: ſeroit-il poſſible que jamais perſonne ne ſe ſoit aviſé d'amaſſer des treſors de monnoie courante? Ces medailles dont on vient de trouver un treſor en Italie, n'avoient donc aucun cours dans le public?

Les pieces d'or, d'argent, & de bronze courantes, étoient, dit-on, toute autre choſe, où ſont-elles donc allées? Les medailles ſe déterrent tous les jours en ſi grande quantité, que c'eſt une choſe tout-à-fait ſurprenante. Il y a quinze ans qu'on en tira de terre à Melun près d'un boiſſeau de differens Empereurs, dont une partie me paſſa par les mains. On m'a aſſuré qu'on tira de terre en Bretagne de nos jours cent mille medailles, qui auroient pu remplir un muid, toutes en un même endroit: on ne voit autre choſe en France & en Italie que de grands blocs de medailles tirées de terre. Pourquoi cette énorme quantité de medailles, ſi elles n'avoient pas cours dans le monde? pourquoi les avares cachoient-ils celles-là ſeulement qui n'entroient point dans le commerce? N'auroient ils pas plûtôt caché les eſpeces courantes, comme l'avare de Plaute, & comme font les avares de tous les tems? Cependant perſonne n'a jamais trouvé d'autre or & argent caché que ce que nous appellons medailles. Il eſt à remarquer que quand même quelqu'un nieroit que les anciennes monnoies fuſſent marquées aux images des Princes,

---

tionem Circenſium, aureos Antoninianos trecentos, argenteos Philippeos minutulos tria millia, in ære quinquagies ſeſtertium. Idem Vopiſcus epiſtolam aliam Aureliani ad Mulvium Gallicanum Præfectum Prætorii profert in Prob. cap. 4. ubi jubet Valerianus Probo dari aureos Antoninianos centum, argenteos Aurelianos mille, æreos Philippeos decem millia: quid ſignificant illi Antoniniani, Aureliani, Philippei, niſi monetas, quæ imaginem nomenque geſtarent Antonini, Marci Aurelii & Philippi, ut hodieque Ludovicos aureos dicimus eos, qui Ludovici Regis imaginem nomenque præ ſe ferunt? hanc rem neminem puto negaturum eſſe. Jam quæro, monetæ illæ ſic memoratæ illiſque notis inſtructæ erantne nummi illi, quos in Muſeis multis videmus, an alii ex auro, argento & ære, qui eodem modo imaginem nomenque Imperatorum præ ſe ferrent? ſi ii ipſi quos in Muſeis videmus nummi erant, illud & nos dicimus; ſin alii erant, quo tandem conceſſere tot illæ monetæ? An fieri poſſit, ut ad hodiernum uſque diem ne una quidem ex monetis hujuſmodi in medium adduci potuerit. Quotidie in Italia, in Gallia, in aliiſque regionibus abditos in terraque ſuffoſſos theſauros multi reperiunt, ubi aurei hujuſmodi nummi, argentei & ænei magno numero, ubi omnes ejuſdem formæ quam in Muſeis conſpicimus, ſunt; nemoque unquam ex moneta currente, ut aiunt, theſauros collegerit. Theſaurus ille aureus quem nuper in Italia effoderunt, ubi numiſmatum multa millia, non in publicos forenſeſque uſus erat?

Monetæ aureæ, argenteæ, æreæ aliud, inquiunt, omnino erant: quorſum igitur abſceſſerunt? Nummi hujuſmodi quotidie eruuntur tanto numero, ut res ſit prorſus ſtupenda quindecim ab hinc annis Meloduni modius fere nummorum ex terra eductus eſt ad diverſos Imperatores pertinentium, quorum ego partem non modicam inſpexi. In Armorica noſtro tempore fere centum millia nummorum uno in loco, ut narrant, eruta ſunt; nihil aliud in Gallia & in Italia conſpicitur, quam nummi hujuſmodi ex terra eruti. Cur illa immanis nummorum vis, ſi nullus erat eorum publicus uſus, ſi non iidem ipſi nummi ad commercium uſurpabantur? cur avari hos occultabant, non monetam ad uſum vitæ uſurpatam, ut avarus Plauti, ut avari omnes? Aliud aurum argentumve ſignatum nemo reperit, quam hujuſmodi numiſmata. Etſi vero quiſpiam negaret monetas illas veteres imaginibus nominibuſque principum imperatorumque fuiſſe ſigna-

ce que nous venons de dire ne feroit pas moins contre lui que contre les autres.

Voici encore un argument auquel il me paroit qu'il n'y a pas moien de répondre. Dans les blocs de medailles qui ſe trouvent cachées en terre, il y en a de toute ſorte de conſervation. On en trouve à fleur de coin, d'autres moins conſervées, d'autres ſi fruſtes & ſi effacées par le cours qu'elles ont eu dans le commerce, qu'on n'y connoit preſque plus rien: j'obſervai cette difference de conſervation dans les medailles trouvées à Melun: cela ſe voit par tout ailleurs, mais ſur tout ſur les rebuts des medailles avant qu'on les donne à fondre, parcequ'on fond toutes celles qui ſont mal conſervées, à moins qu'elles ne ſoient d'une grande rareté; & ce qui eſt à obſerver, c'eſt que les medailles d'un certain cuivre qui pouſſent ce beau vernis ſemblable à l'émail, le plus ſouvent bleu, quelquefois rougeatre, & d'autrefois noir: ces medailles, dis-je, qui prennent ce beau vernis ſous la terre, ſont tout de même de differente conſervation; il y en a à fleur de coin, d'autres plus uſées, & d'autres où on ne connoit plus rien. Le vernis les a conſervées en l'état qu'elles étoient lorſqu'on les a miſes en terre. Si elles n'avoient pas encore paſſé par les mains de bien des gens, elles demeurent toûjours belles: ſi elles avoient été longtems dans le commerce, elles ſont fruſtes, pour parler en termes d'antiquaire. Celles ci font un incomparablement plus grand nombre: on en fond tous les jours dans les fonderies d'or, d'argent, & de cuivre. Ce n'eſt que depuis François premier qu'on conſerve les plus belles & les plus rares de celles qui entrent dans les ſuites de nos cabinets. Avant ce tems-là on fondoit tout ce qui ſe trouvoit. Le nombre infini de monnoies ou medailles Romaines qu'on déterre tous les jours, fait juger qu'on en devoit trouver beaucoup davantage dans les ſiécles précedens: tout s'épuiſe à la fin; cependant nous ne voions pas que cela s'épuiſe, tant le nombre en étoit grand. Si depuis mille ans on avoit conſervé toutes les monnoies Romaines de tout metail, elles excederoient peutêtre toutes les monnoies modernes qui courent preſentement dans l'Europe. Les anciens étoient comme nous voions, de grands cacheurs de treſors, chacun en cachoit ſelon ſes facultez; cela épuiſoit les eſpeces courantes, & obligeoit d'en frapper perpetuellement de nouvelles. De-là vient ce nombre infini & inépuiſable de me-

---

tas, quæ jam diximus ejus ſententiam non minus, quam aliorum contra ſentientium opinionem impeterent.

En argumentum aliud, cui nemo, ni fallor, reſpondere valeat: inter illos nummorum acervos, qui quotidie in terra abditi deprehenduntur, non eadem eſt omnium nummorum conditio; alii perinde ſani integrique ſunt, ut ex monetarii manu tunc primum egreſſos diceres, alii minoris, ut vocant, conſervationis, alii demum ita detriti, quod per multorum manus tranſierint, ut nec nomen nec formam Imperatorum deprehendere poſſis: hanc conſervationis differentiam animadverti in nummis Meloduni effoſſis: id etiam ubique obſervatur, maxime autem in nummis illis, quos quia prorſus labefactati uſu detritique ſunt, fuſoribus quotidie vendunt, niſi admodum rari ſint: quodque maxime obſervandum eſt; ex quodam ære conflati nummi pulcherrimis ſuapte natura coloribus obducuntur, cæruleo ut plurimum, vel ſubrubro vel nigro, quos colores encauſto ſimiles artificioque magno poſitos diceres: his vero coloribus decorati nummi, diverſæ omnino ſunt conſervationis; alii ex artificis manu nuper profecti videntur, alii minus conſervati, alii prorſus detriti: eodem in ſtatu obductus ille color nummos conſervat, quo erant cum in terra abditi ſunt; ſi non ad multorum manus tranſierant, ſemper integri pulcrique manent; ſi diu in commercio, ut aiunt, fuerant, detriti adeſique ſunt: qui poſtremi longe majore numero quotidie occurrunt. In officinis conflatorum hujuſmodi nummi quotidie magno numero conflantur aurei, argentei, ærei. A tempore ſolum Franciſci primi rariores & ſinceriores neque uſu detriti nummi ſervantur & in Muſeorum noſtrorum ſerie ponuntur. Antea quidquid hujuſmodi occurrebat in conflatorium immittebatur. Ingens quotidie Romanorum nummorum copia eruitur, atque, ut credere eſt, ſæculis præcedentibus major eorum vis reperiebatur: nihil non ſemper eruendo demum exhaurias & evacues; & tamen eorum nummorum finem nullum invenimus. Perſuaſum habeo ſi a mille annis nummi omnes ex terra eruti ex quovis metallo conſervati fuiſſent, monetis per Europam currentibus non impares forte numero futuros. Veteres illi abſcondendis theſauris admodum aſſueti erant, quiſque ſecundum facultates ſuas abdebat; hinc currentes monetæ exhauriebantur, ſemperq; novæ erant cudendæ; hinc magnus ille nummorum nume-

dailles. C'étoient leurs richeſſes, & par conſequent leurs monnoies : perſonne n'en a encore trouvé d'autres. Ce n'eſt pas qu'il n'y eut encore des medailles, qu'on ne faiſoit que pour medailles. C'étoient les medaillons ou certaines medailles de grandeur extraordinaire que l'on trouve en fort petit nombre, & dont la conſervation prouve qu'elles ne ſont point entrées dans le commerce, du moins comme monnoies. Voilà les raiſons qui me déterminent à croire que les medailles étoient veritablement des monnoies.

---

rus. Hæ erant ipſorum divitiæ, ac conſequenter monetæ : nemo alias unquam reperit. Erant tamen alia quoque numiſmata non ad uſum publicum nec ad commercium deſtinata, quæ majori mole cudebantur, quæque hodie vocantur *medaillons* : hæc parvo reperiuntur numero ; & ſemper integra ſunt, eorumque conſervatio argumentum eſt ea nunquam ad uſum publicum uſurpata fuiſſe, nunquam in commercium admiſſa ſaltem ut monetas : hæ me rationes movent ut credam nummos qui in Muſeis ſervantur monetas fuiſſe.

CHAPITRE XIII.

I. Anciens poids Romains. II. Diviſion de la livre en ſes parties. III. Figures des poids Romains. IV. Autres figures. V. Poids ſingulier de l'Empereur Honorius, & autres.

I. LEs anciens poids ſont ſujets à des difficultez preſque infinies : il eſt tres-difficile de les comparer entre eux, & encore plus de les reduire aux poids d'aujourd'hui. Lucas Pætus a tâché de faire l'un & l'autre, mais il y a beaucoup de choſes dans ſon livre, quoiqu'il ſoit d'une grande recherche, où il a été contredit par les auteurs ſuivans. Nous nous contenterons de ramaſſer ici tout ce que nous avons pu trouver de poids, ſoit dans les livres, ſoit dans les differens cabinets que nous avons vûs.

II. La livre Romaine ſe diſtinguoit en menſurale & ponderale. La menſurale eſt celle dont nous avons parlé ci-devant ſur le conge : la ponderale, qui étoit, comme le remarque Savot, un peu plus petite que la menſurale, ſe diviſoit de même que l'autre en douze onces ; ſes ſoudiviſions numerales étoient les mêmes que celles de l'as qui peſoit une livre ; le *ſextans* faiſoit deux onces, le *quadrans* trois, le *triens* quatre, le *quincunx* cinq, le *ſemis* ou *ſemiſſis* ſix, c'étoit la moitié de la livre, le *ſeptunx* ſept, le *bes* huit, qui faiſoient les deux tiers ; le *dodrans* neuf, qui faiſoient les trois quarts ; le *dextans* dix, le *deunx* onze, & la livre douze.

III. Ces poids ſont ſouvent de pierre noire que M. Fabreti appelle *lydius*

CAPUT XIII.

I. Antiqua pondera Romana. II. Diviſio libræ in partes ſuas. III. Ponderum Romanorum ſchemata. IV. Alia ſchemata. V. Pondus ſingulare Imperatoris Honorii & alia.

I. VETERUM pondera ingentes difficultates pariunt ; ea inter ſe difficile, difficilius cum hodiernis comparari poſſunt. Lucas Pætus utrumque præſtare conatus eſt ; ſed pauca in ejus libro ſunt quæ controverſiæ anſam non præbuerint. Nobis ſatis erit ſi omnia in quæ incidimus pondera, ſive in libris propoſita, ſive in Muſeis ſervata, hic apponamus.

II. Libra Romana in menſuralem & ponderalem diſtinguebatur. Menſuralis ea eſt de qua jam loquuti ſumus cum de congio ejuſque partibus verba faceremus. Ponderalis, quæ, ut ait Savotus, paulo minor alterâ erat, perinde atque illa in duodecim uncias diſtinguebatur, ejuſque ſubdiviſiones numerales eædem erant quæ aſſis libram appendentis. Sextans duarum erat unciarum, quadrans trium, triens quaternarum, quincunx quinarum, ſemis vel ſemiſſis ſex unciarum, ſeptunx ſeptenarum, bes octo unciarum, quæ duas tertias partes conſtituebant, dodrans novem, dextans denarum unciarum, deunx undecim unciarum, libra duodecim. Uncia octo drachmarum erat, drachma trium ſcrupulorum, ſcrupulus viginti quatuor granorum.

III. Pondera ex lapide nigro ſæpe ſunt, quem lydium lapidem vocat Fabretus : duo hujuſmodi pon-

POIDS

XCIII. Pl. a la 168. page T. III

Fabreti *Fabreti* *N. Cabinet* *Fabreti* *N. Cabinet*

Fabreti *Bonanni*

Bonanni *Fabreti*

Fabreti

Lapis. Il y en a deux de cette ſorte dans nôtre cabinet de S. Germain des prez, dont l'un peſoit une once ancienne, ce qui eſt marqué par un point d'argent fiché au milieu ; l'autre qui eſt marqué de deux points, étoit de deux onces. M. Fabreti nous a donné un poids d'une drachme ; la matiere eſt de jaſpe ; il a pour marque trois points qui ſignifient une drachme : il l'a peſé, dit-il, & a trouvé ſon poids plus fort de ſept grains, que n'eſt celui de la drachme Romaine d'aujourd'hui ; ce qui fait voir, dit-il, que Pætus qui a dit que le poids de l'once d'aujourd'hui étoit plus grand que l'ancien, s'eſt trompé. La *ſemuncia* ou demi once qui vient après, marquée d'un S. qui veut dire *ſemuncia*, peſe, dit M. Fabreti qui l'a peſée, treize grains plus que la demi-once d'aujourd'hui. Il y en avoit, pourſuit-il, une autre qui avoit la même marque, & qui peſoit huit grains plus que la demi-once Romaine de ce tems : elle étoit d'une pierre noire auſſi bien que l'once qui ſuit de nôtre cabinet, qui ne peſe que ſix gros & ſeize grains ; c'eſt-à-dire qu'il s'en faut un gros & cinquante ſix grains, qu'elle n'ait ſon poids ; mais il faut remarquer que cette once qui eſt de pierre noire & qui a été fort maniée, a beaucoup perdu de ſa matiere & de ſon poids. La ſuivante de pierre noire eſt de deux onces, comme le marquent les deux points qu'on voit deſſus ; elle peſe 66. grains plus que deux onces Romaines de ce tems. Un poids de deux onces marqué de deux points auſſi de pierre noire, eſt tiré de nôtre cabinet ; il peſe une once ſix gros cinquante neuf grains : il s'en faut donc un gros & treize grains qu'il ne peſe deux onces ; mais comme il a été auſſi fort manié, il a beaucoup perdu de ſon poids, quoique beaucoup moins que le précedent. PL. XCIII.

IV. Un autre poids donné par M. Fabreti, qui eſt d'une livre, comme le prouve la marque I. peſe, ſelon lui, treize onces & trente ſix grains. La livre ancienne Romaine n'avoit que douze onces. Celle d'aujourd'hui en a auſſi douze ; mais les onces anciennes étoient plus fortes, comme il eſt prouvé par ce poids & par les ſuivans. Le poids qui vient après eſt du College Romain. La marque II. en lettres d'argent, veut dire que c'eſt le poids de deux livres : il peſe pourtant, dit M. Fabreti, une once trois drachmes ou neuf ſcrupules plus que deux livres Romaines. L'autre qui a la marque V. c'eſt-à-dire de cinq livres, peſe deux onces & demi plus que les cinq

---

dera ſunt in Muſeo noſtro Sangermanenſi ; aliud unciam appendebat, ut ex argenteo puncto in medio infixo ſignificatur : aliud vero duobus punctis notatum duarum erat unciarum. Fabretus drachmæ pondus dedit ex jaſpide : ejus nota tria puncta ſunt quæ drachmam ſignificant : drachmam illam appendit ille, ut ait, deprehenditque pondus ejus ſeptem granis hodiernam drachmam excedere ; unde concludas, inquit, Lucam Pætum, qui putavit unciam hodiernam pondere majorem eſſe veteri, hallucinatum eſſe. Semuncia quæ ſequitur litera S notatur, quæ ſemunciam ſignificat ; hæc tredecim grana plus habet, inquit Fabretus qui expertus eſt, quam hodierna ſemuncia Romana : aliam ſe habuiſſe ſemunciam teſtificatur idem Fabretus, quæ octo grana plus habebat quam Romana hodierna : eratque ex nigro lapide ut uncia quæ ſequitur, quæque Muſei noſtri eſt, quæ ſex tantum drachmas ſexdecimque grana appendit ; ita ut drachmam unam & quinquaginta ſex grana minus habeat quam hodierna noſtra uncia Pariſina : ſed obſervandum eſt hanc unciam ex nigro lapide admodum detritam uſu fuiſſe : ignorare autem me fateor, an uncia Pariſina hodierna major ſit hodierna uncia Romana, quemadmodum & pollices Pariſini longe majores Romanis ſunt. Quod ſequitur pondus ex lapide item nigro duarum unciarum eſt, ut ex duobus punctis ſupra poſitis ſignificatur : ſexaginta autem & ſex granis excedit duas uncias Romanas hodiernas. Aliud duarum unciarum pondus duobus notatum punctis, quod Muſei noſtri eſt, ex lapide item nigro ; unam unciam, ſex drachmas, & quinquaginta novem grana appendit, ita ut una drachma tredecimque grana deſiderentur, ut ad duas Pariſinas uncias attingat ; ſed quia in uſu diu fuit, multum ex priſtino pondere amiſit, etſi minus quam præcedens uncia noſtra.

IV. Aliud pondus a Fabreto publicatum unius eſt libræ, ut ex I nota ſignificatur, appenditque teſte Fabreto tredecim uncias & triginta ſex grana. Libra vetus Romana duodecim unciarum erat ; hodierna quoque eſt duodecim unciarum, ſed unciæ veteres graviores erant, ut hoc & ſequentibus exemplis comprobatur. Pondus ſequens eſt collegii Romani : nota II argenteis literis facta duas eſſe libras ſignificat : appendit tamen, inquit Fabretus, unciam unam tres drachmas aut novem ſcrupulos plus quam duæ libræ Romanæ hodiernæ. Sequens notam habens V. qua quinque libræ ſignificantur, duas uncias & ſemis plus quam quinque libræ hodiernæ, habet. Hæc

livres d'aujourd'hui. Ces deux derniers poids ont l'inſcription TEMP. OPIS AVG. que le P. Bonanni interprete TEMPLO OPIS AVGVSTI, où *templo opis auguſtæ*; ce qui ſignifie, dit-il, que par l'autorité d'Auguſte, ces poids étoient conſervez au temple de la déeſſe Ops. C'étoit en effet au temple de cette déeſſe que ſe conſervoit la monnoie publique. *Plût à Dieu que la monnoie demeurât au temple de la déeſſe Ops*, dit Ciceron. Le poids ſuivant qui eſt de dix livres, comme le marque le X. eſt de bronze & appartenoit à M. Fabreti. Il peſe, dit cet habile homme, cinq onces & quatorze ſcrupules au-delà de dix livres, & a cette inſcription en lettres d'argent AVG. T. M. V. que M. Fabreti explique ainſi : *Auguſti auctoritate templo Martis Ultoris*. C'eſt-à-dire, pourſuit M. Fabreti, que par l'autorité d'Auguſte ce poids étoit gardé au temple de Mars le Vangeur, qui étoit au grand marché. On gardoit les poids & les monnoies encore dans d'autres temples, comme dans celui d'Hercule, de Caſtor & d'autres dieux.

Le poids ſuivant, dit M. Fabreti, à qui il appartenoit, eſt de pierre noire; il eſt caſſé & il y en manque plus d'un tiers; il croit que c'étoit un poids de dix livres : tout diminué qu'il eſt, dit-il, il peſe encore ſix livres & une once. L'inſcription eſt EX AVCT. Q. IVNI. RVSTICI, *par l'autorité de Q. Junius Ruſticus*. Ce Quintus Junius Ruſticus ſe trouve ſix fois dans les inſcriptions de Gruter. Scaliger a cru qu'il étoit préteur de la ville; M. Fabreti n'eſt pas de ſon ſentiment; il croit qu'il étoit non pas préteur, mais préfet de la ville : il ſe fonde ſur l'inſcription d'un autre poids donnée par Reinés.

SALVO D. N. IVLIO NEPOTE P. P. AVG. N.	*à l'autre côté.*	AVDAX. V. C. PRÆFECTVS VRB. FECIT.

Il s'appuie auſſi ſur un paſſage d'Ammien Marcellin, qui dit que l'emploi du Prefet de la ville, étoit d'établir des poids dans toutes les regions de Rome, parcequ'on ne pouvoit remedier à la friponnerie de pluſieurs perſonnes qui faiſoient des poids à leur gré.

Pl. XCIV. Spon nous donne la forme de dix-ſept poids tirez pour la plûpart des manuſcrits de M. de Peireſc, qui laiſſa, dit-il, à ſes heritiers un ouvrage en manuſcrit ſur les poids des anciens. Spon en a ſeulement pris les figu-

---

duo poſtrema pondera inſcriptionem habent TEMP. OPIS AVG. quam interpretatur Bonannus TEMPLO OPIS AVGVSTI, vel TEMPLO OPIS AUGUSTÆ, quod ſignificat, inquit, auctoritate Auguſti hæc pondera in templo Opis ſervata fuiſſe. Et vere in hoc templo moneta publica ſervabatur. *Pecunia utinam ad ædem Opis maneret*, ait Cicero Philipp. 1. Sequens pondus decem librarum eſt, quod ſignificatur illa nota X. eſtque æneum & ipſius Fabreti erat; appendit autem, inquit eruditus ille vir, uncias quinque ac quatuordecim ſcrupulos plus quam decem libræ hodiernæ; inſcriptio literis argenteis eſt AVG. T. M. V. quam ſic explicat Fabretus, *Auguſti auctoritate templo Martis ultoris*, id eſt, pergit Fabretus, Auctoritate Auguſti hoc pondus ſervabatur in templo Martis Ultoris, quod in foro erat. Pondera monetæque in aliis quoque templis ſervabantur, ut in templis Herculis Caſtoriſque & aliorum.

Pondus ſequens, inquit Fabretus, in cujus Muſeo erat, ex petra nigra eſt, fractumque ita ut plus quam tertia ſui parte mutilum ſit; putatque Fabretus fuiſſe decem librarum pondus; mutilum ut eſt adhuc libras ſex unciamque unam appendit. Inſcriptio eſt EX AVCT. Q. IVNI. RVSTICI, *ex auctoritate Quinti Junii Ruſtici*. Hic Quintus Junius Ruſticus ſexies inter Gruteri inſcriptiones comparet, putavitque Scaliger fuiſſe urbis prætorem. Contra Fabretus non prætorem ſed præfectum urbi fuiſſe putat, fultus inſcriptione ſequenti in alio pondere inſculpta per Reineſium data claſſ. 3. num. 73.

SALVO. D. N. IVLIO NEPOTE P. P. AVG. N.	*in alio latere.*	AVDAX. V. C. PRAEFECTVS VRB. FECIT.

Itemque nititur loco Ammiani Marcellini, qui ait præfecti urbi munus fuiſſe pondera conſtituere in omnibus Romæ regionibus, *pondera per regiones univerſas inſtituere cum aviditati multorum ex libidine trutinas componendi occurri nequiret*.

Septemdecim ponderum formam dat Sponius, quorum maxima pars ex mſſ. celeberrimi viri Peireſcii educta eſt, qui Peireſcius, ait Sponius, heredibus ſuis librum reliquit de ponderibus veterum. Sponius figuram ſolum ponderum excerpſit, ipſaque pon-

res,

POIDS

Fabretti

Spon

Spon

Spon

Spon

Spon

Spon



Spon



Spon

Spon



Spon

Spon

Spon



Spon

Spon



Bonanni

Bonanni


Fabretti

Spon

Spon


Fabretti



POIDS



D N· HONORIAVG·
M^r. Foucault



Ste Genevieve



Ste Genevieve



Ste Genevieve

Ste Genevieve



Ste Genevieve



Ste Genevieve

Ste Genevieve

Ste Genevieve

Ste Genevieve

Ste Genevieve

Ste Genevieve

SALVIS DD
ALBINVS FECIT
BASILIVS REP

Ste Genevieve

SALVIS DD
NN ALBI
NVS FECIT

SALVIS DDN
BAS
FE

Ste Genevieve

res, qu'il a même reduites en petit; ce que n'avoit pas fait apparemment M. de Peireſc, qui aimoit à donner autant qu'il pouvoit les choſes ſelon leur grandeur, & qui ſavoit que cette exactitude, qui n'eſt pas toûjours neceſſaire, l'eſt pourtant quand il s'agit de poids & de meſures. Nous donnons ces poids ici tels que Spon les a fait graver, & avec leurs inſcriptions.

M. Fabreti donne auſſi une once qui a la marque greque Γι. pour ſignifier, à ce qu'il croit, l'once des Medecins Grecs, qui peſe, dit-il, quinze grains moins que l'once de nôtre tems. Il donne un autre poids de ſix onces, marquées par l'ϛ & le ϛ, qui peſe, dit-il, deux drachmes & quinze grains moins que ſix onces d'aujourd'hui. Le P. Bonanni donne cet autre poids, dont l'inſcription eſt telle VIIII. M. F. A. c'eſt-à-dire, ſelon le P. Bonanni, que c'eſt un poids de neuf livres fait par l'autorité de M. Furius. Cette explication n'eſt pas bien ſûre; auſſi ne la donne-t-il que comme une conjecture. Nous donnons enſuite après lui un autre poids plus grand que tous les précedens, quoiqu'il le repréſente aſſez petit: c'eſt une pierre ronde, mais plate par le haut & par le bas, où on lit cette inſcription, TALENTVM SICLORVM III. PONDO CXXV. Villalpandus a donné ce poids, & aſſure qu'il a le poids du talent Hebreu. S. Epiphane dit auſſi que le talent a cent vingt-cinq livres, que la livre a douze onces, l'once deux ſtateres, la ſtatere deux drachmes.

La ſtatere ſe prend auſſi pour la balance, que l'on appelle d'un autre nom *trutina*. Elle avoit deux baſſins oppoſez, que l'on appelloit *lances*; de là vient le nom de *bilances* ou balance. Le P. Bonanni dit qu'on a les fragmens d'une balance. Il y avoit auſſi une ſorte de balance qu'on appelloit *campana*, parce que, comme dit Iſidore, elle avoit été trouvée dans la Campanie Province d'Italie; c'étoit une verge de fer où les livres & les onces étoient marquées. C'eſt ce que nous appellons la Romaine.

V. Au cabinet de M. Foucault il y a un poids avec cette inſcription, DOMINI NOSTRI HONORII AVGVSTI PONDO LIBRÆ; c'eſt-à-dire, que ſous l'empire d'Honoré on a fait ce poids d'une livre. Le cabinet de Sainte-Geneviève en fournit un autre de figure ronde, ſur lequel eſt écrit audeſſus Λ A. que le P. du Molinet prend pour λίτρα; ce pourroit plûtôt être λίτρα ά, une livre. Le ſuivant eſt le poids d'une demi livre, marquée par ces lettres Γο S. οὐγκίαι ϛ. ſix onces. La croix qui eſt audeſſus marque que ce poids a été fait ſous un PL. XCV.

---

dera longe minora repræſentavit, quod non puto feciſſe in codice ſuo Peireſcium, qui res quantum poterat ſecundum genuinam propriamque magnitudinem exhibebat, quique putabat accurationem hujuſmodi, quæ aliis in rebus non ſemper neceſſaria eſt, in ponderibus atque menſuris requiri. Hic talia proferimus qualia Sponius ſculpi curavit hæc pondera cum inſcriptionibus ſuis.

Fabretus dat quoque unciam cum nota græca Γλ. ut ſignificetur, ſic ille, uncia medicorum Græcorum, quæ quindecim granis levior erat uncia hodierna. Aliud ſex unciarum pondus profert quæ ſignificantur per ϛ & ϛ, ubi duas drachmas & quindecim grana minus haberi ait, quam in ſex unciis hodiernis. Pater Bonannus hoc etiam pondus exhibet, cujus inſcriptio eſt VIIII. M. F. A. quæ ſic legenda eſſe conjicit Bonannus, *novem librarum pondus Marci Furii auctoritate*: quæ certè lectio non explorata eſſe videtur, neque ut talem dedit Bonannus. Poſt Bonannum aliud ſubjicimus pondus, omnium quæ hactenus dedimus ponderum maximum, etſi ille parvæ molis ipſum referat: eſt rotundus lapis, ſed ſuperne inferneque planus, in quo hæc legitur inſcriptio TALENTUM SICLORUM III. PONDO CXXV. Villalpandus hoc protulit, affirmatque pondus eſſe talenti Hebraici. S. etiam Epiphanius dicit talentum eſſe centum viginti quinque librarum: libram duodecim unciarum, unciam duorum ſtaterum, ſtaterem duarum drachmarum.

Statera dicitur etiam bilanx, quæ alio nomine trutina vocatur. Duas oppoſitaſque lances illa habebat, unde nomen *bilanx*. Bonannus dicit bilancis fragmenta ſupereſſe. Bilances certe ſæpe viſuntur in nummis, quando vel æquitas, vel moneta repræſentatur. Erat aliud ſtateræ genus cui nomen *campana*, quia in Campania Italiæ provincia reperta fuerat, ut ait Iſidorus. Erat virga ferrea libris unciiſque notata; eam hodie Romanam vocamus.

V. In Muſeo illuſtriſſimi Domini Foucault pondus eſt cum hac inſcriptione D. N. HONORII AVG. P. I. id eſt, *Domini noſtri Honorii Auguſti pondo libræ*. In Muſeo S. Genovefæ aliud pondus rotundum exhibetur cum inſcriptione ſuperpoſita Λ A. quod explicat Molinetus Λιτρα, mallem λιτρα μία libra una. Aliud pondus dimidiæ libræ eſt ſic notatæ Γο S. οὐγκίαι ϛ. ſex unciæ: crux ſupra poſita ſignificat hoc pondus conſtitutum eſſe Imperatore Chriſtiano. In

Empereur Chrétien. Il y en a un dans notre cabinet tout ſemblable, à cela près que la croix n'y eſt pas. Un autre eſt aſſez ſemblable au precedent pour la premiere face ; la ſeconde face marque que cette demi-livre peſe trente-ſix ſolides, & par conſequent chaque once ſix ſolides. Le cinquiéme eſt un poids de deux onces, comme le marquent ces deux lettres ϵ β, οὐγκίαι ϛ΄, deux onces. Le ſixiéme eſt d'une once & demie, qui s'appelloit *ſeſcuncia* : les deux lettres Θ. N. marquent que c'étoit le poids de neuf ſextules ou ſolides, qui faiſoient auſſi celui du *cyathus*. Je crois que le N eſt là non comme lettre, mais pour marquer un poids ; la figure à deux II lignes qui approchent du N, marque l'obole : on pourroit peutêtre dire que ce ſont neuf oboles marquez par la lettre N, ſi ce nombre d'oboles pouvoit convenir à une once & demie. Le ſeptiéme peſe ſix ſolides ou ſix onces, comme porte l'inſcription. Le huitiéme eſt de trois ſolides, comme le marquent I. B. qui ſignifient un & deux, dit le P. du Molinet; cela paroit extraordinaire, mais nous n'avons rien de meilleur à dire. Le neuviéme eſt un ſolide de l'Empereur Honorius, comme le porte l'inſcription ; on y voit auſſi l'image de l'Empereur : on lit au revers *hexagium ſolidi* ; l'*hexagium* eſt la ſextule, qui eſt la même choſe que le ſolide. Le onziéme eſt encore un ſolide, que le P. du Molinet croit repreſenter Valentinien & Valens, ou Gratien & Valentinien le jeune.

Nous n'irons pas plus avant ſur la matiere des poids, qui eſt d'une diſcuſſion infinie. Les anciens qui en ont parlé ſont fort oppoſez entre eux ſur la ſubdiviſion de la livre : ce qui fait qu'on ne peut que fort difficilement comparer les poids anciens les uns avec les autres ; il eſt encore plus difficile de les réduire aux poids modernes.

Muſeo noſtro ſimile pondus habetur eo tamen diſcrimine, quod crux non compareat. Aliud præcedenti non abſimile eſt, quantum ad primam faciem ; in ſecunda autem facie ſignificatur hanc dimidiam libram eſſe pondo triginta ſex ſolidorum, ac conſequenter quamlibet unciam ſex ſolidos habere : quintum eſt pondus unciarum duarum ut ſignificatur his duabus literis ϵ, β : ſextum eſt unciæ atque dimidiæ, quæ vocabatur *ſeſcuncia*. Duæ literæ Θ N ſignificant eſſe pondo novem ſextularum ſeu ſolidorum, quod erat item cyathi pondus. At putarim ego hic N non literam eſſe ſed pondus ſignificare. Hæc figura I I quæ ad N accedit ſignificabat obolum : fortaſſe novem oboli ſignificentur, ſi tamen hic numerus ad ſeſcunciam quadret. Septimum eſt pondo ſex ſolidorum ſeu ſex unciarum, ut inſcriptione fertur. Octavum trium ſolidorum eſt quod ſignificant I. B. ait Molinetus : id certe non quadrare videtur ; nam B græce duo ſignificat, I autem *decem*, ſed quid de pondere hujuſmodi proferam non ſuppetit. Nonum eſt ſolidus Imperatoris Honorii, ut inſcriptione fertur, imago ibi Imperatoris conſpicitur. In poſtica facie legitur *hexagium ſolidi*. Hexagium eſt ſextula, quæ idipſum eſt atque ſolidus. Undecimum eſt ſolidus, quem Molinetus exprimere putat Valentinianum & Valentem, aut Gratianum & Valentinianum juniorem.

Hic gradum ſiſtimus : ponderum ratio eſt innumeris implicata difficultatibus : veteres qui de ponderibus, loquuntur non ſibi invicem conſentiunt in ſubdiviſione libræ ; ita ut vix poſſint antiqua pondera mutuo comparari, multoque difficilius ſit eadem ipſa ad hodierna referre.

LIVRE V.

Qui comprend les ſept merveilles du monde, les bâtimens publics, & les ſymboles des parties du monde, des regions, des fleuves & des villes.

CHAPITRE PREMIER.

Les ſept merveilles du monde rapportées differemment par differens auteurs.

ENTRE les édifices & les merveilleux ouvrages de l'antiquité, il y en avoit ſept qui ſurpaſſoient tous les autres en beauté & en magnificence, & qu'on a appellez depuis un grand nombre de ſiécles les ſept merveilles du monde; Vitruve les nomme les ſept ſpectacles. On eſt aſſez d'accord ſur le nombre de ſept; mais tous ne rapportent pas les mêmes merveilles; s'ils ſont d'accord ſur quelques-unes, ils varient ſur les autres. Philon de Byzance les met ainſi & en cet ordre. 1. Les jardins de Babylone ſoûtenus par des colonnes; 2. les Pyramides d'Egypte; 3. la ſtatue de Jupiter Olympien; 4. le coloſſe de Rhodes; 5. les murs de Babylone; 6. le temple de Diane d'Epheſe; 7. le tombeau de Mauſole.

L'Anonyme rapporté par Allatius p. 22. les met differentes de celles-ci, « & en cet ordre. 1. Jupiter Olympien de trente ſix coudées de haut. 2. Le tem- « ple de Diane d'Epheſe. 3. L'autel de Delos compoſé de cornes, qu'on dit « être fait de cornes droites des victimes immolées le même jour. 4. Le « mauſolée d'Halicarnaſſe. 5. Les pyramides d'Egypte, dont la plus grande « a quatre cens coudées. 6. Les murs de Babylone. 7. Le coloſſe de Rhodes « de ſoixante & dix coudées, fait par Charès Lindien. Quelques-uns y met- « tent l'Eſculape d'Epidaure, l'autel de Paros; les jardins ſoûtenus en l'air; « la Minerve érigée à Athenes, le palais de Cyrus; juſqu'ici l'Anonyme. «

LIBER V.

Ubi ſeptem miracula orbis, ædificia publica, & ſymbola mundi partium, regionum, fluminum & urbium.

CAPUT I.

Septem mundi miracula a variis ſcriptoribus varie allata.

1. INTER ædificia admirandaque venerandæ antiquitatis opera, ſeptem erant quæ cætera omnia pulcritudine magnificentiaque ſuperabant, quæque a multis jam ſæculis ſeptem orbis miracula, vel, ut Vitruvius Præfat. libro ſeptimo, ſeptem ſpectacula vocabantur. De ſepteno numero fere convenit inter ſcriptores; ſed non eadem omnes miracula recenſent: in quibuſdam conſentiunt omnes; in aliis non item. Philo Byzantius ſic illa & hoc ordine refert. Primum erant horti penſiles Babyloniis columnis nixi. 2. Pyramides Ægypti. 3. Statua Jovis Olympii. 4. Coloſſus Rhodius. 5. Muri Babylonis. 6. Templum Dianæ Epheſiæ. 7. Mauſoli ſepulcrum.

Anonymus ab Allatio allatus p. 22. libri de ſeptem ſpectaculis aliquot diverſa commemorat, atque hoc ordine omnia. Primum erat Jupiter Olympius triginta ſex cubitis altus. 2. Templum Dianæ Epheſiæ. 3. Ara in Delo ex cornibus compacta, quam narrant factam ex cornibus dexteris victimarum, quæ uno die mactatæ ſunt. 4. Mauſoleum Halicarnaſſeum. 5. Pyramides Ægypti, quarum quæ omnium maxima, quadringentorum cubitorum eſt. 6. Muri Babylonis. 7. Coloſſus Rhodius ſeptuaginta cubitorum a Charete Lindio factus. Alii inter ea miracula locant, Æſculapium Epidaurium, Aram Pariam, hortos penſiles, Minervam Athenis erectam, Cyri regiam: hactenus Anonymus.

Un manuſcrit grec de M. Baluze a une petite note d'un Anonyme faite dans des tems aſſez bas, où il met ainſi les ſept merveilles du monde. 1. Thebe d'Egypte. 2. Les murs de Babylone. 3. Le Mauſolée. 4. Les Pyramides. 5. Le Coloſſe de Rhodes, que quelques-uns diſent être une colonne de bronze de ſix cens coudées. 6. Le Capitole de Rome. 7. Le temple d'Hadrien de Cyzique.

»Leon Allatius parlant de ces variations touchant les merveilles du mon»de, dit : D'autres y ajoutent le palais de Cyrus, la tour du Phare, les La»byrinthes, Hammon le cornu, Apollon de Delos, le throne d'Alexan»dre, le Capitole, le temple d'Hadrien de Cyzique, le Mole au-delà du Tibre ; »(c'eſt-à-dire, ce qu'on appelle *moles Hadrianea*, ou le Mauſolée d'Hadrien;) »la foreſt appellée Ruffinia & autres ; d'où quelques-uns ont conclu, pour»ſuit-il, qu'il y avoit non pas ſept merveilles ſeulement, mais juſqu'à qua»torze. Ceux dont il parle ici ſont apparemment des gens de tems fort bas ; car je vois que les anciens conviennent aſſez du nombre de ſept, quoiqu'ils ne ſoient pas en tout d'accord ſur les merveilles qu'il falloit mettre en ce nombre. Celles de Philon de Byzance ſont le plus communement reçues ; c'eſt auſſi de celles-là que nous parlerons d'abord dans le même ordre qu'il les a rapportées.

Le jardin en l'air étoit ſoutenu par des colonnes de pierre : ſur ces pierres étoient des poutres de bois de palmier, qui ne pourrit jamais à la pluie, & qui bien loin de plier ſous le poids, s'éleve toûjours & monte en haut, plus il eſt chargé : ces poutres étoient aſſez près l'une de l'autre, & ſoutenoient un grand poids de terre : dans l'eſpace qui étoit entre ces poutres, s'inſeroient les racines des arbres du jardin : cette terre ſuſpendue ainſi en l'air étoit ſi profonde, que pluſieurs ſortes d'arbres y venoient fort grands, les plantes, les legumes & toutes ſortes de fruits s'y trouvoient abondamment. Ces jardins étoient arroſez par des canaux, dont quelques-uns qui venoient de lieux plus élevez étoient tous droits, d'autres ſe formoient de l'eau tirée avec des pompes & d'autres machines.

Les Pyramides d'Egypte, la ſeule des merveilles du monde qui reſte encore aujourd'hui ſur pied, ſont comme des montagnes de pierre d'une groſſeur extraordinaire. Leur forme, leur ſtructure, en un mot tout ce qui regarde des ouvrages ſi merveilleux, ſera décrit au cinquiéme tome avec les mauſolées.

In codice græco Cl. V. Baluſii quædam Anonymi alîus nota habetur ; poſteriori ævo facta ubi ſeptem ſpectacula hæc & hoc ordine recenſentur. 1. Thebæ Ægyptiæ. 2. Muri Babylonis. 3. Mauſoleum. 4. Pyramides. 5. Coloſſus Rhodius, quem quidam dicunt eſſe columnam æneam ſexcentorum cubitorum. 6. Capitolium Romæ. 7. Templum Hadriani Cyzicenum.

Leo Allatius haſce ſcriptorum varietates commemorans hæc habet p. 21. *Alii addidere, Cyri Regiam, Turrim Phariam, Labyrinthos, cornutum Ammonem, Delium Apollinem, Thronum Alexandri, Capitolium, Hadriani Imperatoris templum Cyzici factum, Molem Tranſtiberinam, ſilvam Ruffiniam & alia ; unde nonnulli collegerunt dena quaterna eſſe, non ſeptem.* De recentioribus, ut videtur, ſcriptoribus loquitur : nam veteres de ſepteno numero fere conſentiunt, etſi alii alia ſubinde miracula proponant. Quæ a Philone Byzantio memorantur, ea plurium auctoritate nituntur : quamobrem eadem ipſa jam commemorabimus deſcribemuſque eodem, quo ille, ordine.

Hortus penſilis columnis lapideis fulciebatur, quibus columnis ſuperpoſitæ trabes erant ex palma arbore, quæ nunquam imbre vel aqua vitiantur : quæque nunquam pondere impoſitaque mole flectuntur ; imo potius ſurſum nituntur & incurvantur. Hæ trabes non longo disjunctæ ſpatio erant, magnamque terræ molem ſuſtinebant : in ſpatium autem quod inter illas intercedebat, radices arborum quæ in horto erant, irrepebant & inſerebantur. Terra ſic in aëre quaſi ſuſpenſa uſque adeo profunda erat, ut arborum multa genera in ea radices ponerent, ramoſque latiſſime effunderent. Plantæ, legumina, omniſque generis fructus abunde naſcebantur. Horti canalibus irrigabantur partim recto curſu ex editioribus locis profluentibus, partim ex aqua antliis aliiſque machinis ſurſum educta manantibus.

Pyramides Ægytiacæ, quod unicum ex veteribus illis miraculis ſupereſt, quaſi montes ſunt ex inciſis iiſque prægrandibus lapidibus ſtructi. Horum forma, ſtructura, demum omnia quæ ad hæc opera ſpectant quinto tomo deſcribentur ubi de mauſoleis.

La ſtatue de Jupiter Olympien dont nous avons fait la deſcription après Pauſanias au livre des temples, étoit plus admirable par l'excellence du travail que par le prix de la matiere qui étoit d'or & d'ivoire. Ciceron dans ſon livre de l'Orateur, dit que les hommes n'avoient jamais rien vû de plus parfait & de plus accompli que les ouvrages de Phidias. Un grand nombre d'auteurs en font l'éloge & en parlent tous avec admiration. Strabon y remarque pourtant un defaut, qui eſt que la ſtatue de Jupiter aſſis étoit ſi grande que ce dieu ne pouvoit ſe lever qu'en faiſant tomber la voute. Non ſeulement la ſtatue de Phidias, mais auſſi pluſieurs autres ouvrages de ce temple, de ſculpture, d'architecture & de peinture, étoient de la main des plus excellens maitres, en ſorte que tout le temple pouvoit paſſer pour une des merveilles du monde.

Le Coloſſe de Rhodes qui avoit ſelon la plus commune opinion ſoixante-dix coudées de haut, ou cent cinq pieds ſelon Feſtus, étoit tout de cuivre; le dedans étoit creux, l'ouvrier avoit fait dans ce vuide des ponts de fer & de pierres quarrées. Cette énorme ſtatue repréſentoit le dieu des Rhodiens, qui étoit le Soleil: ſes pieds étoient poſez ſur deux baſes plus hautes que les plus grandes ſtatues. Ce Coloſſe fait par Charès Lindien diſciple de Lyſippe, fut renverſé, dit Pline, cinquante-ſix ans après qu'il eut été poſé, & demeura ainſi juſqu'au tems de Pline: peu de gens pouvoient embraſſer ſon pouce; ſes autres doigts étoient plus gros que les ſtatues ordinaires. On prétend que Pline ſe trompe quand il dit qu'il fut renverſé cinquante-ſix ans après qu'il eut été poſé, & que cela n'arriva que quatre-vingts ans après qu'il eut été mis ſur ſa baſe. Il fut depuis relevé du tems de Veſpaſien, & fut enfin vendu par Mavia Sarraſin qui prit Rhodes, à un Juif, qui l'aiant mis en pieces en chargea neuf cens chameaux. La diverſité des ſentimens touchant la hauteur du Coloſſe eſt fort grande; la plûpart des auteurs lui donnent ſoixante-dix coudées, d'autres beaucoup plus: mais en ces ſortes de choſes merveilleuſes on eſt toujours plus porté à exagerer, qu'à diminuer.

Les murs de Babylone furent bâtis par Semiramis; ils avoient trois cens ſoixante ſtades de circuit, les huit ſtades font un mille, c'eſt-à-dire qu'ils auroient eu quarante-cinq mille de circuit; ce qui ſeroit une grande journée. Ces murailles étoient bâties de briques, le ciment étoit du bitume. La hauteur étoit de cin-

---

Statua Jovis Olympii cujus deſcriptionem libro de templis poſt Pauſaniam adornavimus, longe mirabilior erat artificis opera, quam materiæ precio, quæ materia aurum & ebur erat. Cicero libro de Oratore dicit Phidiæ ſimulacris nihil perfectius homines vidiſſe. Hoc opus ſcriptores plurimi laudibus extollunt celebrantque ut admirandum. Strabo tamen ſculptoris oſcitantiam animadvertit quod Jovis ſedentis ſtatua tam procera eſſet, ut ſi ille ſurgere voluiſſet, id non potuiſſet, niſi everſo fornice atque tecto. In hoc templo non modo ſtatua Phidiæ, verum etiam plurima alia celebrium artificum opera, ſculptorum, architectorum pictorumque in admiratione erant, ut etiam totum templum pro ſpectaculo haberi poſſet.

Coloſſus Rhodius, qui, ut vulgaris fert opinio, ſeptuaginta cubitorum erat altitudine, vel centum quinque pedum ſecundum Feſtum, totus æneus erat, intuſque cavus; in quo ſpatio opifex pontes ex ferro & ex quadratis lapidibus fecerat, ut ſtatua firmius conſiſteret. Hæc immanis ſtatua Rhodiorum deum ſeu ſolem repræſentabat: pedes baſibus impoſiti erant, quæ majores ſtatuas altitudine ſuperabant. Hic coloſſus opifice Charete Lyſippi diſcipulo factus, terræ motu proſtratus eſt, inquit Plinius 34. 7. anno quinquageſimo ſexto, poſtquam erectus fuerat, & ad uſque Plinii tempus ſic manſit. Pauci poterant ejus pollicem amplecti: majores erant digiti, quam pleræque ſtatuæ. Sunt qui putent hallucinari Plinium cum ait proſtratum fuiſſe Coloſſum poſt quinquaginta ſex annos, quam erectus fuerat: id vero accidiſſe octoginta & uno anno poſtea. Rem indagare non eſt præſentis inſtituti. Deinde Veſpaſiani tempore erectus denuo fuit: tandem Mavia Saracenus capta Rhodo coloſſum vendidit Judæo, qui fragmentis Coloſſi nongentos camelos oneravit. Opinionum circa Coloſſi magnitudinem varietas magna eſt: plerique ſcriptores ipſum ſeptuaginta cubitorum fuiſſe dicunt: alii longe proceriorem perhibent; ſed in hujuſmodi miraculis, creſcit potius fama quam minuitur.

Muri Babylonii a Semiramide conſtructi ſunt: eratque ambitus trecentorum ſexaginta ſtadiorum: octo ſtadia milliare unum conſtituunt, itaque quadraginta quinque milliarium ambitum habuerint, quod diei unius pleni iter eſſet: erant muri ſtructi lateribus & pro cæmento bitumen adhibitum. Altitudo murorum erat quinquaginta cubitorum; latitudo tanta, ut

quante coudées ; les murs étoient ſi larges, que quatre chariots y pouvoient aller de front. La ville étoit ſi grande, dit Philon de Byzance, qu'on pouvoit faire un voiage ſans ſortir de ſon enceinte. Philoſtrate dans la vie d'Apollone de Tyane dit que les murs de Babylone étoient de quatre cent quatre vingt ſtades.

Le temple de Diane d'Epheſe étoit le plus grand & le plus magnifique que l'antiquité ait jamais connu. Nous en avons fait la deſcription au ſecond livre du tome precedent, où nous avons auſſi parlé après Spon, des grandes maſures qui en reſtent encore aujourd'hui.

Le mauſolée ou le ſepulcre de Mauſole bâti par Artemiſe ſa femme & ſa ſœur, ſera décrit au cinquiéme tome, où nous le mettrons avec pluſieurs autres mauſolées, dont quelques uns ſont encore ſur pied.

On a mis encore entre les merveilles du monde la grande Thebes d'Egypte, ville à cent portes, par où elle étoit diſtinguée de la Thebes de Beocie, qui n'en avoit que ſept ; le Phare d'Alexandrie, & les Labyrinthes, par où l'on entend celui du lac de Mœris en Egypte, & celui de Crete, qui ſelon Pline ne faiſoit que la centiéme partie de celui d'Egypte. Celui-ci méritoit mieux le nom de merveille du monde, que pas une de celles qu'on a miſes dans ce nombre. Ce monument, dit Herodote, fut fait par les douze Rois qui regnerent enſemble en Egypte. » Ils firent, pourſuit-il, ce labyrinthe un peu audeſſus du » lac Mœris auprès de la ville qu'on appelloit des Crocodiles. Je l'ai vu, & je » l'ai trouvé plus merveilleux que je ne puis l'exprimer. Si quelqu'un vouloit » le bien conſiderer, & le comparer aux plus beaux ouvrages des Grecs, même » aux temples d'Epheſe & de Samos, il les trouveroit ſoit pour le travail, ſoit » pour la dépenſe, fort inferieurs à ce labyrinthe. Les pyramides mêmes ſur- » paſſent ces ouvrages des Grecs, & une ſeule d'entr'elles eſt comparable à ce » qu'il y a de plus merveilleux dans la Grece : or ce labyrinthe l'emporte de » beaucoup ſur les pyramides. Il y a dans ce merveilleux ouvrage douze gran- » des ſalles couvertes, dont les portes ſont oppoſées les unes aux autres ; ſix de » ces ſalles ſont du côté du midi ſur le même rang, & ſix du côté du ſeptен- » trion en même ſituation ; le même mur les environne par dehors. Il y a trois » mille chambres, dont la moité ſont ſous terre, & l'autre moitié ſur celles- » ci. J'ai vu celles de deſſus, & je les ai parcourues ; pour ce qui eſt de celles de

---

rhedæ quatuor in iis ſimul currere poſſent. Tam ampla urbs erat, inquit Philo Byzantius, ut cives intra ejus muros poſſent peregrinari. Philoſtratus de vita Apollonii Tyanei p. 36. ait Babyloniorum murorum ambitum fuiſſe quadringentorum octoginta ſtadiorum.

Dianæ Epheſiæ templum maximum elegantiſſimumque erat omnium quæ antiquitas unquam noverit : ejus deſcriptionem adornavimus tomo præcedenti libro ſecundo, ubi etiam poſt Sponium de ruderibus ejus quæ hodieque ſuperſunt loquuti ſumus.

Mauſoleum ſeu Mauſoli ſepulcrum ab Artemiſia ejus & ſorore & conjuge excitatum quinto tomo deſcribetur, ubi de illo verba faciemus ; ubi etiam Mauſolea alia memorabimus, quorum quædam hodieque ſtant.

Inter mundi ſpectacula locatæ etiam fuere magnæ illæ Thebæ Ægyptiacæ quæ centum portarum erant, qua re a Thebis Bœotiæ diſtinguebantur, in queis ſeptem tantum erant portæ, itemque Pharus Alexandrinus, demumque labyrinthi, ſic in plurali, quibus intelligitur labyrinthus Ægyptiacus lacûs Mœridis & labyrinthus Cretenſis, qui teſte Plinio, centeſima tantum pars erat labyrinthi Ægyptiaci : hic certe labyrinthus dignior erat qui inter mundi miracula computaretur, quam aliud quodlibet ſpectaculum. Hoc monumentum, inquit Herodotus, a duodecim regibus qui ſimul in Ægypto regnarunt conſtructum eſt. *Ipſum*, pergit ille, *exædificaverunt paulo ultra lacum Mœridis prope urbem illam, quam Crocodilorum vocant. Illum ego vidi, & mirabiliorem deprehendi, quam verbis exprimere poſſim : ſi quis ipſum vellet conſiderare & comparare cum elegantiſſimis magnificentiſſimiſque Græcorum operibus, etiamque templis Epheſi atque Sami ; hæc ipſa opera ſive quantum ad laborem, ſive quantum ad ſumtum ſpectat, labyrintho longe inferiora deprehenderet : ipſæ etiam Pyramides illa Græcorum opera longe ſuperant ; nam ex Pyramidibus vel una cum quolibet Græcorum ſpectaculo comparanda : at labyrinthus ipſas Pyramides longe ſuperat. In admirando hoc opere duodecim aulæ ſunt magnæ atque opertæ, quarum portæ mutuo ſunt oppoſitæ ; ex hujuſmodi aulis ſex ad meridiem, ſex ad ſeptentrionem poſitæ eodem ſitu : idem exterior murus omnes ambit aulas. Tria millia ibi cubiculorum ſunt, quorum mille quinquaginta ſubterranea, & totidem his ſuperpoſita. Hæc ſuperiora cubicula ego vidi & omnia perluſtravi, de inferioribus*

deſſous je n'en ſai que ce que j'en ai pu apprendre par le recit des autres ; « car les gouverneurs du lieu ne voulurent jamais nous y mener, nous aſſu- « rant qu'on y voioit les ſepulcres des Rois qui avoient bâti ce labyrinthe, « & ceux des Crocodiles ſacrez, qu'il ne leur étoit pas permis d'expoſer à nos « yeux. Les chambres d'enhaut que nous avons vues paſſent tout ce qui a ja- « mais été fait par la main des hommes. Il y a des iſſues par les toits, & des « contours & des circuits de differente maniere pratiquez dans les ſalles avec « tant d'art que nous en étions épris d'admiration. On paſſe des ſalles dans les « chambres, & des chambres dans d'autres appartemens, & de ces apparte- « mens dans d'autres lieux couverts : on paſſe auſſi des chambres aux autres « ſalles. Tous ces bâtimens ont des toits de pierre, les murailles ſont auſſi de « pierre, & toutes ornées d'ouvrages en ſculpture faits ſur les murs mêmes. « Chaque ſalle eſt bordée d'une colonnade de belle pierre blanche. A un « angle du labyrinthe il y a un obeliſque de quarante toiſes, orné de gran- « des figures d'animaux ; on y va par un chemin ſouterrain. « Herodote dit que cet obeliſque eſt haut de quarante orgyies ; & s'expliquant un peu plus bas, il dit que l'orgyie dont il parle eſt de ſix pieds ou de quatre coudées.

Strabon ajoute qu'il y a autant de ſalles qu'il y avoit de gouvernemens dans l'Egypte, & qu'on n'oſeroit s'engager là dedans ſans guide, tant il y a de tours & de detours.

---

vero ea tantum dicam quæ audivi ab aliis, præfecti quippe Ægyptii nunquam eo nos ducere voluerunt, affirmantes ibi depoſita eſſe ſepulcra regum, qui labyrintum ſtruxerunt, necnon crocodilorum ſacrorum, quæ non liceret noſtris oculis patefacere. Cubicula ſuperiora quæ vidimus, ea omnia quæ hominum manibus ſunt facta longe ſuperant. Sunt ibi exitus per tecta ac gyri circuituſque in aulis diverſo facti modo, idque tanta arte, ut admodum obſtupefacti eſſemus. Ex aulis in cubicula tranſitur, exque cubiculis in alia conclavia ; ex hiſce in alia tecta loca : ex cubiculis item in alias aulas tranſitur. Hæc omnia ædificia tectis inſtructa ſunt lapideis : muri item lapidei ſunt, inſculptis imaginibus ornamentiſque decorati : quælibet aula columnis ex albo lapide undique ambitur. Ad angulum quemdam labyrinthi, eſt obeliſcus quadraginta Orgyiarum, magnis animalium ſchematibus ornatus : quo per ſubterraneam viam itur. Herodotus paulo infra Orgyias explicans, ait ſingulas eſſe ſex pedum vel quatuor cubitorum.

His addit Strabo tot aulas in labyrintho eſſe, quot erant in Ægypto præfecturæ, neque poſſe in hunc labyrinthum ſine periculo abſque duce intrari, tot ſcilicet ibi gyri, tot & tam implicatæ viæ ſunt.

CHAPITRE II.

I. Porte Majeure de Rome, autrefois appellée Labicane ou Eſquiline. II. Les deux portes anciennes d'Autun. III. Porte ancienne ſinguliere près de la ville de Meſté en Cilicie. IV. Autres portes de villes.

I. NOus avons déja parlé des maiſons des particuliers tant de la ville que de la campagne: parlons maintenant des édifices publics des villes, bâtis tant pour l'ornement que pour l'utilité des habitans. Nous mettrons d'abord ſur les rangs la premiere choſe qu'on rencontre en y entrant, qui ſont les portes. De celles de Rome qui malgré l'injure des tems ſe ſont conſervées depuis les Empereurs juſqu'à nos jours, nous ne donnerons que
Pl. XCVI. la porte qu'on appelle Majeure, qui étoit autrefois appellée *Labicana* ou *Eſquilina*. Nous avons fait voir dans notre Journal d'Italie que la porte que Frontin appelle *Eſquilina*, eſt la même que celle-ci. Elle eſt double en la forme que nous donnons ici, & de magnifique ſtructure. Audeſſus de la porte il y a trois inſcriptions, dont la premiere dit que l'Empereur Claude a fait venir dans la ville l'eau Claudienne & d'autres eaux: la ſeconde dit que Veſpaſien a rétabli les eaux, dont l'aqueduc étoit tombé, & avoit demeuré neuf ans en cet état, en ſorte que les eaux ne venoient plus à la ville, quoiqu'il n'y eut que quinze ans depuis la mort de Claude juſqu'au commencement du regne de Veſpaſien: mais ce qui eſt encore plus ſurprenant, c'eſt qu'après la mort de Veſpaſien qui tint l'Empire dix ans, ſon fils Tite qui n'en regna que deux, dit que cet aqueduc fait par l'Empereur Claude, & rétabli par ſon pere, étant ruiné & tombé par vetuſté, *a capite aquarum a ſolo vetuſtate dilapſæ*; il l'a rétabli & mis ſous une nouvelle forme. Les autres portes de Rome ou ſont modernes, ou n'ont rien de bien remarquable en leur ſtructure.

CAPUT II.

I. Porta major Romæ, olim Labicana ſeu Lavicana aut Eſquilina. II. Duæ portæ antiquæ Auguſtodunenſes. III. Porta vetus ſingularis prope urbem, cui nomen Meſte *in Cilicia. IV. Aliæ urbium portæ.*

I. DE domibus privatorum jam actum eſt, tam ſcilicet de urbanis ædibus, quam de villis: jam de ædificiis publicis urbium loquendum, quæ ædificia tam ad ornatum, quam ad commodum civium concinnata fuere. Primo ab iis, quæ ingredientibus ſtatim offeruntur, a portis ſcilicet eſt incipiendum. Ex Romanis illis portis, quæ temporum injuriis dirutæ non ſunt, hodieque ſuperſunt, ſolam portam, quam Majorem vocant, hic ponemus: eam olim aut Labicanam ſive Lavicanam, aut Eſquilinam dicebant. In Diario Italico oſtendimus, portam illam, quam Frontinus Eſquilinam vocat, eamdem atque iſtam eſſe: duplex illa eſt, ea forma quam hic proferimus, magnificeque ſtructa. Supra portam triplex eſt inſcriptio, quarum prima ſic legitur: *Tiberius Claudius Druſi filius Cæſar Auguſtus Germanicus Pontifex maximus, tribunitia poteſtate duodecimum, Conſul quintum, Imperator vigeſimum ſeptimum, pater patriæ, aquas Claudiam ex fontibus qui vocabantur Cæruleus & Curtius a milliario quadrageſimo quinto, item Anienem novam a milliario ſexageſimo ſecundo ſua impenſa in urbem perducendas curavit.*

Secunda inſcriptio ſic habet: *Imperator Cæſar Veſpaſianus Auguſtus Pontifex maximus tribunitia poteſtate ſecundum, Imperator ſextum, Conſul tertium, deſignatus quartum, pater patriæ, aquas Curtiam & cæruleam perductas a divo Claudio, & poſtea intermiſſas, dilapſaſque per annos novem ſua impenſa urbi reſtituit.*

Tertiæ inſcriptionis verba ſunt: *Imperator Titus Cæſar, Divi filius Veſpaſianus Auguſtus Pontifex maximus tribunitia poteſtate decimum, Imperator decimum ſeptimum, pater patriæ, Cenſor, Conſul octavum, aquas Curtiam & cæruleam perductas a Divo Claudio, & poſtea a Divo Veſpaſiano patre ſuo urbi reſtitutas, cum a capite aquarum a ſolo vetuſtate dilapſæ eſſent, nova forma reducendas ſua impenſa curavit.*

Sane mirum videri poſſit aquæductum a Claudio factum, a Veſpaſiano cum novem annis intermiſſæ aquæ ac dilapſæ fuiſſent, reſtauratum fuiſſe, qui Veſpaſianus poſt quintumdecimum annum a morte Claudii Imperatoris regnare cœpit: quodque magis ſingulare videatur, poſt mortem Veſpaſiani qui decem annis regnaverat, Titus qui annis tantum duobus imperavit, dicit aquæductum a Claudio factum & a patre reſtauratum, vetuſtate a ſolo dilapſum, & a ſe nova forma reductum eſſe. Aliæ Romanæ portæ aut recentioris ſunt operis, aut nihil habent in ſtructura, quod obſervatione dignum admodum videatur.

II.

LA PORTE MA

TI·CLAVDIVS·DRVSI·F·CAESAR·AVG
TRIBVNICIA·POTESTATE·XII·COS·V
AQVAS·CLAVDIAM·EX·FONTIBVS·QVI·VOCABANTVR·
ITEM ANIENEM·NOVAM·A·MILLIARIO·LXII·SVA·I

IMP CAESAR·VESPASIANVS·AVGVST·PONTIF·MAX
AQVAS·CVRTIAM·ET·CAERVLEAM·PERDVCTAS·A·DIV
PER·ANNOS·NOVEM·SVA·

IMP·T·CAESAR·DIVI·F·VESPASIANVS·AVGVSTV
POTESTATE·X·IMPERATOR·XVII·PATER·PA
AQVAS·CVRTIAM·ET·CAERVLEAM·PE
A·DIVO·VESPASIANO·PATRE·SVO·VRBI·RESTITVTAS·CVM·A·CAPITE·AQVARVM·A·SOL(

La F

OR DE ROME

VSTVS·GERMANICVS·PONTIF·MAXIM
IMPERATOR·XXVII·PATER·PATRIAE
AERVLEVS·ET·CVRTIVS·A·MILLIARIO·XXXXV
PENSA·IN·VRBEM·PERDVCENDAS·CVRAVIT

TRIB·POT·II·IMP·VI·COS·III·DESIG·IIII·P·P
·CLAVDIO·ET·POSTEA·INTERMISSAS·DILAPSAS·QVE
MPENSA· VRBI· RESTITVIT

S·PONTIFEX·MAXIMVS· TRIBVNIC
TRIAE · CENSOR · COS · VIII
DVCTAS·A·DIVO·CLAVDIO·ET·POSTEA
VETVSTATE·DILAPSAE·ESSENT·NOVA·FORMA·REDVCENDAS·SVA·IMPENSA·CVRAVIT

Les deux Portes d'Autun

XCVII. *Pl. a la 178. pag. T. III*

Porte du Pont d'Arroux



Porte de Saint André

PORTE D



Ber

REIMS

Portes I

Porte de Mesté en Cilicie

Mss. de Mr. des Monceaux

Porte de Traianople

Vaillant

Porte de Nicopol

Vaillant



PORTE DE ZARA

Banduri

PORTE DE POLA

Spon

II. Les deux portes anciennes de la ville d'Autun meritent d'avoir place dans ce recueil: elles ſont l'une & l'autre doubles, & ont un rang d'architecture audeſſus de l'entablement, dont l'un eſt d'ordre Ionique, & l'autre d'ordre Corinthien: celle d'ordre Ionique eſt la porte Saint-André, celle d'ordre Corinthien eſt la porte du pont d'Arroux. PL. XCVII.

III. Une autre porte fort remarquable qui ſe voit auprès de la ville de Meſté en Cilicie, a aux quatre angles quatre pyramides ſurmontées chacune d'un globe: elle eſt tirée des papiers de feu M. des Monceaux oncle de M. le Comte de Bonneval General dans les troupes Imperiales. PL. XCVIII.

IV. La porte de Pola ville d'Iſtrie a été une eſpece d'arc de triomphe érigé en l'honneur de Sergius: les colonnes ſont d'ordre Corinthien; ſur le frontiſpice on voit des chars de triomphe, & trois piedeſtaux qui ſoutenoient apparemment autant de ſtatues. Celle de Zara en Dalmatie eſt antique, comme le prouve l'inſcription, & plus ſimple que la précédente: elle a auſſi des colonnes & des chapiteaux d'ordre Corinthien.

Nous voions auſſi des portes ſur les medailles. Celle de Nicopolis ville d'Epire eſt remarquable en ce qu'elle eſt triple, qu'elle a audeſſus de la corniche un autre rang d'arcades, & que le tout eſt entre deux tours. Celle de Trajanople ville de Thrace n'eſt pas de ſi bon goût; elle eſt entre deux tours, & audeſſus de la porte s'éleve une autre tour beaucoup plus haute que celles des côtez.

II. Duæ portæ veteres Auguſtodunenſis urbis hic locum habeant oportet: ambæ illæ portæ duplices ſunt, & ſupra tabulatum alium architecturæ ordinem habent, quorum unus ordinis Corinthii, alius Ionici ordinis eſt; quæ ordinis Ionici eſt porta ſancti Andreæ, quæ ordinis Corinthii porta eſt dicta d'*Arroux*.

III. Alia porta obſervatu plane digniſſima, quæ prope urbem cui nomen Meſte in Cilicia hodieque viſitur, educta eſt ex Mſ. D. des Monceaux avunculi illuſtriſſimi Comitis de Bonneval in exercitu Cæſareo Polemarchi. Ea ad quatuor angulos quatuor habet pyramidas, quibus globus imponitur.

IV. Porta Polæ in Iſtria olim fuit ceu arcus triumphalis in honorem Sergii erectus. Columnæ ordinis Corinthii ſunt. In frontiſpicio currus triumphales viſuntur, treſque quaſi ſtylobatæ totidem, ut videtur, ſtatuis quæ exciderint. Porta Jaderæ in Dalmatia antiqua eſt, ut ex inſcriptione probatur, hæc columnas item & capitella habet ordine Corinthio.

In nummis quoque portæ ſingulares viſuntur; Nicopoleos nempe, quæ urbs Epiri erat, porta ea in re ſingularis quod tribus ſit inſtructa oſtiis, itemque quod ſupra oſtia iſtæc quatuor arcuum ſeries ſit, hæc vero omnia duas inter turres contineantur. Non paris eſt elegantiæ porta Trajanopoleos Thraciæ urbis, inter duas turres & hæc poſita eſt, & ſupra portam ipſam alia erigitur turris duabus aliis ſublimior.

CHAPITRE III.

I. Janus à quatre faces aux carrefours de Rome. II. Baſiliques & leur forme. III. Baſilique Emilienne, & autres.

PL. XCIX. I. IL reſte encore à Rome un Janus à quatre faces & à quatre portes, qui percent d'un bout à l'autre, & qui ſe croiſent, en ſorte que toute la fabrique eſt un carrefour où aboutiſſoient quatre rues, qui ſe continuoient après par le Janus. » Ces hommes, *dit Ciceron*, qui ſe tiennent aſſis au milieu du Janus »raiſonnent bien mieux ſur la maniere de trouver de l'argent, de le placer, »& d'en faire uſage, que ne font les philoſophes & les écoles. « Ce Janus qui eſt tout de marbre eſt orné par dehors de deux rangs de colonnes, en bas Ioniques, & en haut Corinthiennes. Un bâtiment de briques qu'on a fait par deſſus, & dont les maſures reſtent, a été conſtruit dans des bas tems, & s'appelloit autrefois la Tour de Frangapanis ſelon le témoignage d'un Anonyme du treiziéme ſiecle.

PL. C. II. Les Baſiliques étoient de grands bâtimens de figure longue, ornez de colonnades & de portiques. La ſalle du milieu qui s'appelloit *pluteus*, étoit auſſi ornée de colonnes, en ſorte qu'on voioit de là dans les portiques ou galleries: elles étoient ſituées aux marchez publics. Les Baſiliques étoient un lieu ouvert de tous les côtez. Les negocians s'y rendoient, & tous ceux auſſi qui avoient des cauſes à juger. Les Centumvirs y venoient auſſi pour juger les procès. Ces Centumvirs étoient cent hommes choiſis ſur les trente-cinq tribus Romaines. Pline le jeune en met un bien plus grand nombre: » Les Ju»ges, dit-il, au nombre de cent quatre-vingts étoient aſſis; car les quatre »Conſeils en font tout autant: il y avoit de tous côtez une grande plaidoirie, »beaucoup de chaiſes, & de plus un grand nombre de peuple qui occupoit »tout ce vaſte circuit à pluſieurs rangs; & encore au haut de la Baſilique une »multitude d'hommes & de femmes qui ſe tenoient là pour entendre, ce qui »étoit difficile; ou du moins pour voir, ce qui étoit aiſé. « Ce n'étoient pas ſeulement les Centumvirs & les autres Juges qui ſe rendoient aux Baſiliques; les Tribuns du peuple ſelon Plutarque y venoient auſſi juger les differends. Il y avoit à Rome environ une vintaine de Baſiliques, qu'on appelloit *Æmilia*,

---

CAPUT III.

I. Janus quadrifons ſeu quadrivius Romæ. II. Baſilicæ earumque forma. III. Baſilica Æmilia & aliæ.

I. ROMÆ adhuc ſupereſt Janus quadrivius quatuor portarum, quæ portæ in medio decuſſantur, quia eo concurrebant vici quatuor qui per Janum ipſum continuabantur: *ſed de toto hoc genere*, inquit Cicero in fine libri 2. de Officiis, *de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de utenda, commodius a quibuſdam optimis viris ad medium Janum ſedentibus, quam ab ullis philoſophis ulla in ſchola diſputatur.* Hic Janus totus marmoreus forinſecus duobus columnarum ordinibus exornatur; ordinis inferioris columnæ Ionicæ, ſuperioris Corinthiæ ſunt. Eſt ſupra poſita lateritia fabrica quæ infimis poſtea ſæculis ſtructa fuit, vocabaturque turris Frangapanis, ſecundum teſtimonium ſcriptoris Anonymi qui decimo tertio ſæculo ſcripſit.

II. Baſilicæ magna erant ædificia oblonga, columnarum ordinibus porticibuſque ornata. Media aula, quæ *pluteus* vocabatur, columnis etiam ornabatur, ita ut inde in porticus eſſet proſpectus. Eæ in foro ſitæ & apertæ undique erant: eo negotiantes confluebant, itemque cauſidici & quotquot cauſas tractandas haberent: eo etiam veniebant centum viri litibus judicandis; ii erant in triginta quinque Romanis tribubus delecti. Plinius junior longe plures commemorat judices, l. 6. epiſt. 33. & hæc habet: *Sedebant judices centum octoginta, tot enim quatuor conſiliis colliguntur; ingens utrinque advocatio & numeroſa ſubſellia: præterea denſa circumſtantium corona, latiſſimum judicium multiplici circulo ambibat. Ad hoc ſtipatum tribunal, atque etiam ex ſuperiore Baſilicæ parte qua feminæ, qua viri, & audiendi quod erat difficile, & quod facile, viſendi ſtudio immincbant.* Non modo autem centum viri aliique judices in baſilicis conveniebant, ſed etiam tribuni plebis ibidem jus dicebant, teſte Plutarcho in Catone Utic. Romæ circiter viginti Baſilicæ erant, nempe Æmilia, Julia, Fulvia, An-

IAN



Lafreri

EDIFICES

C. Pl. a la 180. page T. III



Bellori



Augustin

Augustin





Augustin

Bellori

Julia, *Fulvia*, *Antoniniana*, *Alexandrina*, *Argentaria*; celle de Caius & de Lucius Ceſars, *Marciana*, *Mattidia*, *Pompeiana*, *Porcia*, *Ulpia*, *Sicinii*, *Sempronia*, la Baſilique de Neptune, & pluſieurs autres.

III. Il nous reſte peu de choſes de toutes ces Baſiliques. L'ancien plan de Rome fait ſous Septime Severe dont on a beaucoup de fragmens, nous a conſervé une bonne partie du plan de la Baſilique Emilienne, que nous donnons ici avec une eſpece d'avantcour en demi-cercle, qui étoit ce qu'on appelloit *atrium libertatis*. On y voit les galleries des deux côtez, & la ſalle du milieu, le tout orné de colonnes. Cette Baſilique avoit deux étages, comme l'on voit ſur les medailles de la famille *Æmilia*. Le nom *Aimilia* écrit au deſſus en fait foi. Nous voions encore ſur un revers de Trajan une façade de la Baſilique *Ulpia* avec l'inſcription *Baſilica Ulpia*. On ne peut ſur cette façade en connoitre la forme que fort imparfaitement. On a depuis le Chriſtianiſme donné le nom de Baſilique aux grandes Egliſes de Rome; ce nom même eſt devenu preſque commun aux grandes egliſes de l'Egliſe Latine.

---

toniniana, Alexandrina, Argentaria, Caii & Lucii Cæſarum, Marciana, Mattidia, Pompeiana, Porcia, Ulpia, Sicinii, Sempronia, Baſilica Neptuni & aliæ.

III. Ex hiſce Baſilicis pauca ſuperſunt. In Veſtigio ſeu ichnographia veteris Romæ quæ Septimio Severo imperante concinnata fuit, cujuſque fragmenta multa ſuperſunt, Baſilicæ Æmiliæ magna pars conſervatur cum quodam ceu atrio anteriori, in ſemicirculum facto, quod vocabatur atrium libertatis. Porticus hinc & inde viſuntur & major aula ſive pluteus, omnia columnis exornata. In hac Baſilica tabulatum etiam ſuperius erat, ut in nummis familiæ Æmiliæ conſpicitur, cum inſcriptione AIMILIA. In poſtica etiam parte nummi Trajani Baſilicæ Ulpiæ facies repræſentatur, cum inſcriptione BASILICA ULPIA, quo adminiculo nonniſi imperfecte poſſumus ejus formam capere. Ex quo autem Chriſtiana religio obtinuit, nomen Baſilicæ magnis Romanis Eccleſiis inditum: hoc etiam nomen pene omnibus majoribus maximique nominis per orbem Eccleſiis tribuitur.

CHAPITRE IV.

I. Ce qu'on appelloit macellum *à Rome. II. Les greniers publics dans la même ville. III. Les Citernes. IV. Ce qu'on appelloit les ſept Salles.*

I. MACELLUM s'appelle encore aujourd'hui à Rome *Macello*, & en certains payis de la France *Mazel*; c'eſt une boucherie. C'étoit un lieu où l'on vendoit non ſeulement de la viande, mais auſſi du poiſſon & d'autres victuailles. Nous voions la forme du *Macellum* dans une medaille de Neron, au revers de laquelle ſous un édifice fort magnifique on lit MAC. AVG. *Macellum Auguſti*. Pluſieurs Antiquaires ſe ſont autrefois revoltez contre cette explication; ils ont mieux aimé lire, ſuppoſant que la troiſiéme lettre du premier mot étoit un G & non un C, *Magna Auguſti*, pour *Magna domus Auguſti*, la grande maiſon d'Auguſte, c'eſt-à-dire la fameuſe maiſon dorée de Neron. Ils ont cru que ce magnifique édifice étoit plûtôt ce grand palais, qu'une

---

CAPUT IV.

I. Quid macellum Romæ. II. Horrea publica in eadem urbe. III. Ciſternæ. IV. Septem aulæ ſeu le ſette ſale *quid?*

I. ID quod Macellum Romani vocabant, *Macello* vocant Itali hodierni, & in quibuſdam Galliæ partibus *Mazel*. Ibi non modo carnes, ſed etiam piſces aliaque ad victum neceſſaria proſtabant. Macelli formam videmus in nummo quodam Neronis, in cujus poſtica parte ſub ædificio magnifico legitur MAC. AVG. *Macellum Auguſti*. Hanc explicationem reſpuêre olim quidam rei antiquariæ ſtudioſi; aliamque lectionem ſubſtituere maluerunt, C in G mutando, nempe *magna Auguſti*, ſcilicet *magna domus Auguſti*; id eſt celebris illa domus aurea Neronis. Arbitrati nempe ſunt hujuſmodi magnificum ædi-

boucherie. Mais outre que la lettre C au premier mot Mac. détruit abſolument leur opinion, cette fabrique n'a nullement l'air d'une maiſon; & nous avons d'ailleurs une preuve certaine que le *Macellum* avoit de grands ornemens au dehors. Dans l'ancien plan de la ville de Rome le *Macellum* ſe trouve repréſenté avec ſeize colonnes de face, & une colonnade ſur les côtez; encore les colonnes n'y ſont-elles pas toutes, le plan ſe trouvant caſſé à l'extremité du *Macellum*, dont le nom eſt là tout entier. Nous donnons ici le plan de ce *Macellum*, & la façade qui ſe trouve ſur le revers de la medaille de Neron : à en juger par le plan, ce *Macellum* doit être different de celui dont nous donnons une face : mais comme dans ces grands bâtimens les medailles à cauſe de la petiteſſe de l'eſpace repréſentent bien moins de colonnes qu'il n'y en avoit, on ne peut rien décider là-deſſus.

II. Non ſeulement les boucheries, mais auſſi les greniers publics étoient bâtis avec magnificence. C'étoient de grands édifices, dont la cour interieure étoit environnée de portiques à colonnades comme nos cloîtres. Nous donnons ici le plan des greniers Lolliens, *horrea Lolliana*, comme ils ſe trouvent dans le plan de l'ancienne Rome, dont nous venons de parler. Il y avoit à Rome quantité d'autres greniers publics. On en voit encore un de Conſtantinople à la colonne de Theodoſe.

Pl. CI. III. Dans le même plan de Rome nous voions celui des cîternes publiques, dont la ſtructure merite d'être conſiderée. Elle eſt conforme à ce que dit Vitruve ſur la maniere de faire les cîternes : » Si ces lieux, dit-il, ſont doubles »ou triples, en ſorte que les eaux paſſant de l'un à l'autre puiſſent ſe purifier, »l'uſage en ſera plus ſalutaire; la vaſe aiant un lieu à ſe repoſer, l'eau en ſera »plus claire, & ne prendra point de mauvaiſe odeur. « Ces canaux ſouterrains ſont diviſez comme par chambres laiſſant un paſſage étroit de l'une à l'autre. Je croirois volontiers que le fond des chambres étoit plus bas, afin que la vaſe qui s'y repoſoit n'entrât point aux paſſages, & que c'étoit à ces paſſages où l'on puiſoit l'eau.

IV. Le Serlio donne le plan d'une autre eſpece de cîterne ou nymphée qui reſte encore aujourd'hui, & qu'on appelle *le ſette Sale*, les ſept ſalles, quoiqu'il y en ait neuf, mais c'eſt qu'on ne compte que celles qui ont des portes des deux côtez; & c'eſt ainſi que le Serlio l'entend, lorſqu'il ne donne

---

ficium, ædes illas regias potiùs quam macellum repræſentare. At præterquam quod litera c in ſyllaba *Mac* eorum interpretationem falſi arguit : hoc ædificium nullam præfert domus ſpeciem, atque aliunde ſcimus Macellum magnifice ſtructum fuiſſe : in Veſtigio veteris Romæ Macellum exhibetur cum ſexdecim in una facie columnis, aliiſque etiam a latere, etſi non totum ædificium ſuperſit : nam lapidis fruſtum delapſum amiſſumque partem Macelli abſtulit, cujus nomen integrum ibidem ſupereſt *Macellum*. Hic ichnographiam Macelli damus, necnon Macelli etiam faciem, ut in nummo Neronis exſtat. Ex Macelli ichnographia videtur aliud Macellum in nummo repræſentari. Verum quia in nummis ob brevitatem ſpatii fere ſemper longe minor columnarum numerus exhibetur, nihil inde poſſumus concludere.

II. Non Macella modo, ſed horrea quoque magnifice ſtructa erant. Magna quippe erant ædificia, quorum cavædium porticibus & columnis exornatum erat, ut *clauſtra* noſtra hodierna. Hic veſtigium damus horreorum Lollianorum, ut ea repræſentantur in veteri illa ichnographia Romæ de qua modo loquebamur. Romæ alia quoque horrea erant. Horreum Conſtantinopolitanum viſitur, ut putant, in columna Theodoſii.

III. In eadem ichnographia Romana ciſternarum publicarum veſtigium videmus, cujus ſtructura obſervatu digna : ea omnino conſentit cum iis quæ Vitruvius circa ciſternarum conditionem tradit l. 8. cap. 7. verſus finem : *Ea autem loca*, ait, *ſi duplicia aut triplicia facta fuerint, ubi percolationibus aquæ tranſmutari poſſint, multo ſalubriorem ejus uſum efficient, limus enim cum habuerit quo ſubſidat, limpidior aqua fiet, & ſine odoribus conſervabit ſaporem.* Iſti canales ſubterranei, quaſi in cellas multas ſeparantur, ita ut anguſtus meatus ab alia ad aliam relinquatur. Putarim ego cellas hujuſmodi demiſſiore fuiſſe ſolo quam meatus, ne limus in imo ſubſidens ad meatus quoque tranſiret : & in meatibus arbitror hauſtam fuiſſe aquam.

IV. Serlius alterius quaſi ciſternæ aut nymphæi ichnographiam repræſentavit : quod nymphæum hodieque ſupereſt; vocaturque *le ſette Sale*, ſeptem aulæ, etſi ibi novem exſtant : verum numerantur illæ tantum, quæ utrinque portas habent; duæ autem extremæ ab una parte ſine portis ſunt, & ſic intelligit



Bellori



Le Sette Sale

Serlio



Bellori



Bellori



RESTES DU PALAIS DES EMPEREURS

CII. Pl. a la 182. pag. T. III



que ſept eſpaces entre huit murs percez de portes, en ſorte qu'alternativement un mur a quatre portes, & l'autre n'en a que trois, & que chaque ſalle a ainſi ſept portes de l'un & de l'autre côté, ſans compter l'ouverture de devant par laquelle on entre. Ces portes ſont tellement diſpoſées en ligne tranſverſale, qu'en pluſieurs endroits d'une des ſalles on voit toutes les autres tout au travers des portes. Nous en donnons le plan tel que le Serlio l'a donné. On croit que c'eſt du nombre conſtant des ſept portes, que le peuple l'appelle les ſept ſalles : cette denomination pourroit auſſi venir de ce que quoiqu'il y en ait neuf, il n'y en a pourtant que ſept qui aient des portes des deux côtez.

Serlius, cum ſeptem tantum aulas inter octo muros dat, qui portas habent alternatim tres quatuorve ; alius ſcilicet tres, alius quatuor & ſic conſequenter ; & ſic aula quæque ſeptem habet portas, hæ vero portæ ita diſpoſitæ ſunt, ut ex qualibet aula certis in locis omnes aliæ videantur : hujus ædificii veſtigium hic damus quale Serlius protulit. Putatur ex numero conſtanti ſeptem portarum ſeptem aulas dictas fuiſſe : poſſet etiam hinc denominatio proveniſſe, quod etſi novem ſint aulæ, ſeptem tantum ſunt quæ portas utrinque & ſeptem numero habeant.

CHAPITRE V.

I. Ce qu'on appelloit Mutatorium *à Rome. II. Veſtiges du palais des Auguſtes. III. Quelques vieux bâtimens de Mets. IV. Magnifiques reſtes de l'ancienne Palmyre.*

I. ON croit que les Empereurs & les gens de la premiere qualité à Rome avoient pluſieurs maiſons dans la ville, & qu'outre leur palais ils avoient d'autres demeures où ils ſe retiroient pour ſe divertir & s'y recréer. Ce qui eſt certain eſt qu'ils avoient des bâtimens qui s'appelloient *Mutatoria*, ce qui ſemble ne pouvoir s'entendre que du changement de demeure. Rufus dans ſa deſcription de Rome met à la premiere region de la ville *Mutatorium Cæſaris*; on croit que cela veut dire la maiſon de plaiſance de Ceſar pour changer quelquefois de demeure. Dans le plan de la ville de Rome on y voit celui d'un bâtiment qui y eſt appellé *Mutatorium*, dont nous donnons ici la forme, qui ne paroit pas entiere.

II. Il y a encore aujourd'hui à Rome de grandes maſures du palais des Auguſtes, où l'on voit de longues enfilades de chambres qui ne paroiſſent pas fort grandes ; les fenêtres y ſont auſſi hautes que les appartemens. Il y a eu des Antiquaires Italiens qui ſur ces reſtes ont fait de grands palais entiers où rien ne manque : mais ce ſont des choſes imaginées & faites ſouvent en

PL. C II

CAPUT V.

I. Quid mutatorium Romæ. II. Veſtigia ædium Auguſtalium. III. Vetera quædam ædificia Divoduri. IV. Palmyræ veſtigia magnifica.

I. PUTATUR Imperatores viroſque primarios Romæ plurimas habuiſſe domos, præterque ædes ſuas majores alias, in quas animi oblectandi cauſa aliquando ſecederent. Id vero certum eſt habuiſſe illos variis in urbis partibus ædificia quædam, quibus nomen *mutatoria*, quod de habitationis tantum mutatione intelligi poſſe videtur. Rufus in deſcriptione Romæ in prima regione urbis ponit, *mutatorium Cæſaris*, quod intelligitur, ut diximus, de domo, ubi ſeceſſus oblectamentique cauſa aliquando maneret. In Veſtigio veteris Romæ ædificii ichnographia viſitur cui nomen *mutatorium*, cujus hic forma etſi non integra datur.

II. Romæ adhuc ſuperſunt palatii Auguſtorum muri veſtigiaque multa, ubi cubicula conclaviaque magna ſerie viſuntur ; hæc vero cubicula, ſi bene memini, non admodum ſpacioſa ſingula eſſe videntur : feneſtræ paris ſunt atque conclavia altitudinis. Ex eruditis Italis quidam, ſecundum haſce reliquias, palatia integra numeriſque omnibus abſoluta delinearunt : at multa illi commenti ſunt & quaſi divinando ſecundum arbitrium ſuum omnia concinna-

devinant. Nous donnons ici ces mafures telles qu'elles ont été publiées plufieurs fois dans les deſcriptions de Rome, aſſez conformement à l'état preſent; quoiqu'il ſoit vraiſemblable que dans ces reſtes auſſi expoſez aux injures de l'air & du tems que ceux-là le ſont, il tombe de tems en tems des pans de muraille, qui augmentant toujours les ruines, déparent tous les jours ce qui reſtoit de ces ſuperbes bâtimens.

III. Les autres grandes villes avoient ſans doute des édifices ſemblables, quoique moins ſuperbes que ceux de Rome, qui étant comme le centre du monde en avoit toutes les richeſſes. Les meilleurs ouvriers y venoient de toutes parts; c'étoit la ville commune de tout l'univers, où perſonne n'étoit étranger, comme a dit quelqu'un. Le luxe qui va toujours de pair avec les les biens & les richeſſes, y a plus regné que dans les autres villes. Nous avons vu des choſes ſurprenantes que des particuliers ont faites; cela n'empêche pas que dans les autres villes de l'Empire Romain, & ſur tout dans les plus grandes, il n'y eût des bâtimens fort magnifiques.

Pl. CIII. Nous donnons ici une maiſon & quelques murs de l'ancienne ville de Mets, qui reſtent encore aujourd'hui: on laiſſe au lecteur à en obſerver la forme & la ſtructure. Generalement parlant, les anciens bâtiſſoient plus ſolidement que nous; de tout ce qu'on a bâti dans ces derniers tems, rien ne ſe ſoutient qu'autant qu'on a ſoin de l'entretenir: au lieu que nous voions un grand nombre de bâtimens anciens qui quoiqu'abandonnez entierement ſe ſont conſervez juſqu'à ces derniers tems; ce qu'ils ne doivent qu'à la ſolidité de leur ſtructure. Il en reſteroit un bien plus grand nombre, ſi on ne les avoit détruits pour en avoir les materiaux.

Pl. CIV. IV. Il n'y a rien de plus grand que ce qu'on nous a donné depuis peu des ruines de Palmyre: la grande quantité de colonnes qui y ſont encore ſur pied, ſans compter un grand nombre d'autres qui ſont à terre, nous en donnent une haute idée; ce qui ſurprend d'autant plus, que cette ville ne tenoit point rang parmi les premieres, & qu'il n'y a gueres qu'Odenat & Zenobie qui aient miſe en reputation. Nous donnons ici l'image de ſes ruines telles qu'elles ſont depeintes dans Corneille Bruyn un des meilleurs voiageurs de ce tems.

---

runt. Hic illas damus reliquias ut exſtant nulloque addito ornamento, quales videlicet in multis deſcriptionibus Romæ publicatæ fuere, & quidem ſat accurate & ſecundum rei veritatem: quamquam veriſimile eſt, in hiſce maceriis injuriæ aeris imbriumque expoſitis, aliqua in dies murorum fragmenta decidere, quæ rudera ſemper augent, & ea quæ ex hiſce ſumtuoſis ædificiis ſupererant deformant.

III. Aliæ præcipuæ per imperium Romanum urbes, ædificia haud dubie ſimilia habuere, etſi fortaſſe non paris magnificentiæ; nam cum Roma mundi quaſi centrum eſſet, eo confluebant peritiores quique artifices. Hæc erat orbis quaſi patria communis, ubi, ut quiſpiam dixit, nemo peregrinabatur. Luxus qui cum opibus divitiiſque pari ſemper gradu procedit, plus Romæ quam in aliis urbibus obtinuit. Stupenda vidimus opera a privatis viris facta: nihilo tamen minus in maximis imperii Romani urbibus ædificia erant magnifica, quæ temporum injuria perierunt.

Hic domum quamdam & muros damus ad veterem Metenſium urbem quæ Divodurum vocabatur pertinentes: horum formam ſtructuramque lectori conſiderandam permittimus. Veteres illi ut plurimum firmiora ſolidioraque conſtruebant ædificia. Ex iis quæ hodie exædificantur, nihil diu manet præter ea quæ accurantur & identidem reparantur. Ex antiquis vero ædificiis multa videmus neglecta omnibuſque aeris imbriumque injuriis expoſita ad hoc uſque tempus integra perſeverare, quod ſane ex ædificii firmitate conſecuta ſunt; multoque plura ſupereſſent, niſi ad nova paranda ædificia vetera diruta fuiſſent.

IV. Nihil Palmyræ ruderibus magnificentius. Ingens ibi columnarum adhuc in baſi ſua manentium numerus, earum major proſtratus numerus eſt, quæ magnum urbis ſplendorem olim fuiſſe arguunt. Quod ſane ideo in majorem ſtuporem conjicit, quod urbs illa non inter præcipuas orientales urbes annumerata videatur, quodque ſoli Odenatus & Zenobia uxor Palmyræ nomini celebritatem indiderint. Ejus ruderum a Cornelio Brunio peregrinationibus ſuis celebri delineatam imaginem hic damus.

ANCIENS BATIMENS

CIII. *Pl. a la 182. page T. III*



LES RUINES

Corneille Bruin

CIV. *Pl. a la 182. page T.* III

Marbre Romain

L'Occident

Marbre Romain

CHAPITRE VI.

I. Les ſymboles des parties du monde. II. de l'Orient, & de l'Occident. III. de l'Aſie. IV. de l'Afrique.

I. LEs villes, les fleuves, les regions, & même les trois parties du monde avoient leurs ſymboles, qui étoient comme des armoiries par leſquelles on les diſtinguoit les unes des autres. Ces ſymboles ſe prenoient ou de la forme de l'habit des nations, ou des plantes, ou des animaux qui croiſſoient dans le payis. Les villes ſe mettoient ſouvent ſous la figure d'une femme qui avoit la tête tourrelée comme Cybele : mais ce ſymbole qui eſt commun dans les payis Orientaux, ne ſe trouve que fort rarement dans l'Occident. Ces femmes à la tête tourrelée & crenelée étant fort ordinaires ſur les medailles pour ſignifier les villes, on les diſtinguoit les unes des autres par quelque autre marque ajoutée à la femme, cela mettoit une difference entre ces villes, & ſur tout entre celles de même nom. Il arrive pourtant aſſez ſouvent qu'on ne trouve point de diſtinction entre ces ſymboles, & que les mêmes marquent differentes villes.

II. Nous trouvons dans l'arc de Conſtantin parmi les bas reliefs qui repréſentent les victoires de Trajan, les ſymboles de l'Orient & de l'Occident. PL. CV. L'Orient y eſt repréſenté par une femme qui va ſur un char à quatre chevaux, & qui tient d'une main un globe ſur lequel eſt un petit genie, qui tient de ſes deux mains un flambeau, & qui a un grand voile étendu par deſſus ſa tête, en ſorte pourtant que la tête ſort hors du voile. Les chevaux ſemblent monter en courant. La femme qui de l'autre main tient une palme, eſt apparemment l'Aurore : le genie qui tient un flambeau, eſt appellé ὄρθρος ou le matin dans un manuſcrit du Roi ; il peut ſignifier lucifer ou l'étoile du matin ; le voile marque les tenebres ; la tête ſort hors du voile, parceque le matin la lumiere commence à poindre. L'homme barbu couché audeſſous marque ou l'Euphrate ou le Tigre, fleuves d'Orient au delà deſquels Trajan pouſſa ſes conquêtes.

L'Occident eſt ſignifié par une femme ſur un char à deux chevaux : le genie qui précede la femme tombe, les deux chevaux tombent auſſi ; ce qui marque l'Occident. La femme porte un croiſſant & un grand voile étendu ſur la tête ; c'eſt comme cela qu'on peint Diane la lune ou la Lune tout court : où il

---

CAPUT VI.

I. Symbola mundi partium. II. Orientis & Occidentis. III. Aſiæ. IV. Africæ.

I. URBES, flumina, regiones, imo tres mundi partes ſymbola habebant, & quaſi inſignia quibus ab aliis diſtinguebantur Hæc vero ſymbola ſive ex forma veſtis qua incolæ utebantur, ſive ex plantis, ſive ex animalibus inibi naſcentibus deſumebantur. Urbes ſæpe muliere inſtar Cybeles turrita figurabantur : quod ſymbolum ut in Oriente vulgare ſolitumque, ſic in Occidente rariſſimum erat. Cum igitur hæ mulieres turritæ Orientalibus urbibus pene communes eſſent, aliqua adjiciebatur nota qua differrent, maximeque quando cognomines erant. Sæpe tamen evenit ut nulla diſtinctionis nota reperiatur, & ut eadem inſignia diverſis competant urbibus.

II. In arcu Conſtantini inter anaglypha ad Trajani victorias ſpectantia ſymbola videmus Orientis & Occidentis. Oriens ibi repræſentatur per mulierem in equorum quadriga incedentem, manuque tenentem globum cui inſiſtit genius utraque manu facem geſtans, & velo caput obtegens, ita tamen ut extra velum caput paulum efferatur. Equi currentes conſcendere videntur. Mulier quæ altera manu palmam tenet, Aurora eſſe putatur : Genius qui facem tenet, ὄρθρος ſeu Matutinus vocatur in codice quodam regio; ſignificatque, ut puto, luciferum ſive matutinam ſtellam : velum tenebras ſignificat, extra velum caput exeritur, quia lux oritur. Vir barbatus decumbens Euphratem aut Tigrim ſignificat, ubi Trajanus imperii fines propagavit.

Occidens adumbratur per mulierem in bigis equorum ſtantem, genius qui mulieri præit occidit ; occidunt ſimiliter equi, qua re occidens ſignificatur. Mulier bicornem lunam capite geſtat, amplumque velum extenſum : ſic pingitur Diana luna vel luna

eſt à remarquer que la Lune va ſur un char à deux chevaux, au lieu que le char du Soleil en a quatre. On peint auſſi la Nuit comme Diane la lune, mais avec cette difference que la Nuit a toute la tête couverte d'un voile, au lieu que dans cette image le voile de la femme auſſi-bien que celui du genie eſt encore en arriere, parceque la nuit qui vient n'eſt pas encore arrivée. Toute l'image marque l'Occident; le fleuve ſignifie le Danube, ſur lequel Trajan fit longtems la guerre, & remporta des victoires conſiderables.

III. Des trois parties du monde l'Europe eſt celle dont on ne connoit pas bien le ſymbole, à moins que ce ne ſoit l'enlevement d'Europe fille d'Agenor, que l'on voit dans quelques monumens.

PL. CVI. L'Aſie ſe voit dans Antonin le Pieux: c'eſt une femme couronnée de creneaux, qui tient une ancre pour marquer qu'il y avoit un trajet de mer pour y arriver. Un autre type la repréſente ſans creneaux, tenant un pied ſur une proue de navire, aiant d'une main un ſerpent, & de l'autre une rame.

IV. L'Afrique étoit repréſentée en femme qui avoit une trompe d'élephant ſur le front; quelquefois la tête & les dents de l'elephant y paroiſſent, comme dans la figure tirée du cabinet de M. Foucault, où cette femme aſſiſe tient une corne d'abondance ſur le cou, & un ſerpent à la main droite. L'autre figure qui vient après, n'a que la tête & une partie du buſte: c'eſt ce qu'on appelloit à Rome *caput Africæ*, la tête de l'Afrique: une contrée de la premiere region de la ville s'appelloit ainſi, parcequ'apparemment on y voioit en quelque lieu éminent la tête de l'Afrique. Il y a deux revers de medailles d'Hadrien, dans l'un deſquels l'Afrique eſt repréſentée aſſiſe avec ſa trompe à la tête, tenant la main gauche ſur la tête d'un lion, appuiée du coude droit ſur un panier où ſont quelques fruits: dans l'autre elle tient de la gauche une corne d'abondance, & de la droite un ſcorpion; cet inſecte eſt commun dans l'Afrique: à ſes pieds eſt un panier d'où ſortent des épis. Un revers de l'Empereur Severe la repréſente tenant des épis dans ſon ſein & aiant un lion à ſes pieds. Dans une medaille de Scipion la tête de l'Afrique ſe voit aiant un épi devant elle, & une charrue deſſous; de l'autre côté de la medaille eſt un Hercule.

ſimpliciter, ubi obſerves velim lunam bigis equorum incedere, ut ſol quadrigis incedit. Nox etiam ut Diana luna depingitur; ſed nox velo caput totum obnubit, cum contra in hac imagine velum mulieris ſimiliterque genii retrorſum agatur, quia nox accedens nondum advenit. His notatur occidens. Fluvius Danubium ſignificat, in quo Trajanus multas retulit victorias.

III. Ex tribus mundi partibus, ſolius Europæ ſymbolum non novimus, niſi fortaſſe pro ſymbolo ejus habeamus raptum Europæ filiæ Agenoris regis, quem in aliquot monumentis expreſſum videmus.

Aſia in Antonini nummo habetur: eſtque mulier muro pinniſque coronata, quæ anchoram tenet, ut notetur, nonniſi trajectu maris illo ire quempiam poſſe. Alius ejuſdem typus illam exhibet abſque pinnis muriſque proram pede calcantem, & ſerpentem altera, remum altera manu tenentem.

IV. Africa repræſentabatur forma mulieris elephanti proboſcidem capite geſtantis, quæ proboſcis a fronte quaſi vibratur. Aliquando cum proboſcide dentes quoque comparent, ut in eleganti ſigno illuſtriſſimi D. Foucault; ubi hæc mulier ſedens cornu copiæ humero geſtat ac ſerpentem manu dextera tenet. Alia figura ſequens caput ſolum partemque humerorum habet. Id vocabatur caput Africæ, regionis cujuſdam urbis Romæ pars, ex pari ſcilicet in loco conſpicuo poſito ſchemate caput Africæ appellata fuiſſe videtur. In duobus Hadriani nummis, Africa repræſentatur ſedens cum proboſcide; in uno autem ſiniſtram capiti leonis imponit, & cubito dextro innixa eſt caniſtro in quo fructus; in altero ſiniſtra cornu copiæ tenet, dextera vero ſcorpionem, quod genus inſecti in Africa frequens eſt: ad ejus pedes caniſtrum ex quo ſpicæ erumpunt. In poſtica facie nummi Imperatoris Severi exhibetur ſpicas in ſinu tenens, cum leone ad pedes. In nummo Scipionis caput Africæ conſpicitur ante ſe ſpicam habens, & ſubtus aratrum: in altera nummi facie Hercules viſitur.

CHAP.

SYMBOLES

CVI. *Pl. a la 184. page T.* III

M^r. Foucault

La Chausse

La Chausse

Beger



Beger

Augustin

Augustin

Maffei

SYMBOLES

Beger



Beger

Beger



Beger



Beger



Beger



Beger



Beger



Beger



Beger

SYMBOLES DU NIL ET DU TYBRE



Beger

CHAPITRE VII.

I. Symboles d'Alexandrie. II. De l'Italie, de Rome, & des autres villes d'Italie. III. Du Nil & du Tibre. IV. Des Gaules. V. De l'Espagne.

I. LE Cavalier Maffei a donné pour un ſymbole de la ville d'Alexandrie la figure qui ſuit : c'eſt une femme aſſiſe & appuiée ſur la tête d'un fleuve; on voit auprès d'elle la mer & des triremes. Elle met la main ſur un panier plein d'épis de blé. La fertilité du payis en blez & en pâturages eſt marquée tant par ces épis, que par le cheval, le bœuf, le mouton & le berger. Cet habile Antiquaire a cru reconnoitre le crocodile deſſiné ſur une table, mais la queue n'eſt point aſſurément du crocodile : ce qui n'empêche pas que je croie comme lui que la ville d'Alexandrie eſt repréſentée dans cette image.

II. L'Italie ſur le revers d'Antonin le Pieux, couronnée de creneaux eſt aſſiſe ſur un globe, marque de ſon empire ſur toute la terre ; elle tient de la main droite une corne d'abondance. Rome ſe trouve une infinité de fois repréſentée par une femme armée d'un caſque, d'un bouclier & d'une pique comme Pallas. Nous en avons parlé amplement à l'article de Rome regardée comme déeſſe, où l'on trouve un grand nombre de ſes images. Celle que l'on donne ici a le caſque recourbé à la maniere du bonnet Phrygien. Naples qui ſuit a pour ſymbole une tête, derriere laquelle eſt un cheval marin ailé ; au revers eſt un taureau qui a le viſage d'homme, ou un Minotaure couronné par une Victoire. Le même ſymbole ſe trouve ſur les medailles de ceux de Nole & des Eſernins. Dans la medaille de Caleno le taureau ſe voit de même avec une lyre audeſſus. Les Brutiens ont une tête de Jupiter & une aigle au revers. Metaponte a une tête de Mars, ſous laquelle eſt une tête de coq, & au revers un épi. Ceux d'Hyele ont une tête de Minerve, & au revers un lion ; ceux de Rhegio une tête de femme, & au revers une lyre. PL. CVII.

III. La planche ſuivante nous montre deux beaux marbres de Rome où ſont repréſentez deux fleuves, le Nil & le Tibre. Le Nil eſt un vieillard couronné de laurier, à demi-couché & appuié ſur ſon coude, tenant une corne PL. CVIII.

CAPUT VII.

I. Symbola Alexandriæ. II. Italiæ, Romæ, cæterarumque Italiæ urbium. III. Nili atque Tiberis. IV. Galliarum. V. Hiſpaniæ.

I. EQUES Maffeius pro Alexandriæ ſymbolo mulierem ſequentem propoſuit, quæ ſedet & cubito innititur ſupra caput viri barbati fluvium ſignificantis ; prope illam viſitur mare cum triremibus. Regio ferax frumenti paſcuorumque ſignificatur tum ſpicis, tum equo, bove atque ove. Putavit vir ille eruditus crocodilum in tabula delineatum haberi ; ſed ejus cauda ſine dubio crocodili non eſt ; nihilo tamen minus puto hic Alexandriam deſignari.

II. Italia in poſtica parte nummi Antonini Pii muris pinniſque coronata globo inſidet, quæ nota eſt imperii in orbem ; dextera cornu copiæ tenet. Roma ſexcentis in nummis occurrit per mulierem galeatam repræſentata, quæ clipeum & haſtam ut Minerva tenet ; de illa pluribus egimus in Roma dea tomo primo, ubi imaginum ejus copia exhibetur. Ea quæ hic profertur caſſidem geſtat Phrygiæ tiaræ more recurvam. Neapolis quæ ſequitur ſymbolum habet caput, a tergo equum marinum alatum habens ; in poſtica vero facie taurum humano capite, ſeu minotaurum a victoria coronatum : idem ſymbolum reperitur in nummis Nolæ & Æſerninorum ſequentibus : in nummo cui inſcriptio *Caleno*, Minotaurus item viſitur ; ſed cum lyra. Brutii caput Jovis habent pro ſymbolo, & in poſtica parte aquilam. Metapontum caput Martis habet ſub quo caput galli, & in poſtica facie ſpicam ; Hyela caput Minervæ, & in altera facie leonem ; Rhegini caput mulieris, & in poſtica facie lyram.

III. Tabula ſequens duo elegantiſſima marmora Romana exhibet, ubi duo flumina exhibentur, Nilus videlicet & Tiberis. Nilus ſenex eſt lauro coronatus recumbens & cubito nixus, cornu copiæ tenens,

d'abondance : il a ſur les épaules, ſur la hanche, aux bras, aux jambes & de tous les côtez de petits garçons nus au nombre de ſeize, qui marquent les ſeize coudées d'accroiſſement qu'il faut que le Nil ait pour faire la grande fertilité de l'Egypte. Sous ce vieillard ſont les eaux du Nil qui ſemblent ſortir de lui : tout autour ſur la bordure on voit des crocodiles & des hippopotames en quantité, & des troglodytes qui pêchent ſur des barques.

Le Tibre repréſenté de même en vieillard tient auſſi une corne d'abondance, & s'appuie ſur une louve, auprès de laquelle ſont les deux petits enfans Remus & Romulus. Sur les bords ſont repréſentez des bateaux qui vont à la rame, & d'autres tirez par des hommes qui vont ſur terre. On y voit encore des moutons, un cheval & quelques autres animaux. Au côté de chacun des fleuves on voit une medaille ſur laquelle ils ſont repréſentez ; où il eſt à remarquer que le nombre de ſeize 15, qui ſe voit ſur la medaille du Nil & ſur pluſieurs autres, marque les ſeize coudées d'accroiſſement que ce fleuve a aux années fertiles.

Pl. CIX. IV. Nous paſſons legerement ſur la planche ſuivante, où ſont les ſymboles de Crotone, de Tarente, de Sueſſa, des Cauloniates, des Petiliens, des Thuriens, des Arpains, tous peuples d'Italie ou de la grande Grece, pour venir aux Gaules. On voit les trois Gaules ſous la figure de trois têtes ; ces trois Gaules étoient la Belgique, la Celtique & l'Aquitanique, & ſelon une autre maniere on les appelloit *Braccata*, *Comata* & *Togata*. *Braccata* étoit celle dont les habitans portoient des braies ; *Comata*, celle où ils portoient des cheveux longs ; *Togata*, celle où ils portoient la toge à la Romaine. Nous y ajoutons une medaille de Lion qui a un lion pour ſymbole, une autre de Marſeille, qui a de même le lion, & une troiſiéme de Nîmes avec l'inſcription Col. Nem. *Colonia Nemauſenſis*, & le ſymbole du palmier & du crocodile : comme cela ne ſemble guere convenir à Nîmes, pluſieurs croient que cela marque une colonie envoiée de l'Egypte à Nîmes par les Empereurs.

Pl. CX. V. L'Eſpagne ſe voit ſur les medailles repréſentée en femme à demi-couchée, appuiée ſur des roches, qui tient d'une main un rameau, & a un lapin à ſes pieds : dans d'autres elle tient d'une main deux fleches, & de l'autre un rameau : elle eſt ainſi dans une medaille d'Auguſte, & avec quelque petite difference dans deux medailles de Galba & dans une d'Hadrien. La ville

---

Humeris, femori & tibiis inſiſtentes & undique poſitos habet puerulos nudos ſexdecim numero, qui ſexdecim cubitos incrementi Niliaci ſignificant, quæ altitudinis menſura erat cum Ægyptus aquis Nili admodum irrigabatur, fertiliſque erat. Sub ſene aquæ Niliacæ quæ ex illo egredi videntur : in ora circumquaque viſuntur crocodili, hippopotami multi, & Troglodytæ piſcatores ſcaphis vecti.

Tiberis ſimiliter ut ſenex repræſentatus cornu copiæ tenet, & innititur lupæ juxta quam duo pueruli ſunt Remus atque Romulus : in oris repræſentantur ſcaphæ remo utentes, & aliæ a viris in terra incedentibus tractæ. Hic etiam comparent oves, equus, & alia quædam animalia. Ad latus utriuſque fluvii nummus eſt in quo iidem ipſi exhibentur, ubi notandum in ſchemate Nili adſcribi numerum 15, quod eſt ſexdecim : id etiam in multis aliis nummis obſervatur ; quod ſignificat ſexdecim cubitos incrementi de quibus ſupra.

IV. Tabulam ſequentem curſim præterimus, in qua ſunt ſymbola Crotonæ & Tarenti, Sueſſæ item, Cauloniatarum, Petilianorum, Thuriorum, Arpanorum qui omnes Italiæ populi ſunt aut magnæ Græciæ, ut in Gallias properemus. Tres Galliæ in nummo tribus capitibus ſignificantur. Illæ vero tres Galliæ erant Belgica, Celtica & Aquitanica ; vel ſecundum alium modum Galliæ dividebantur in Braccatam, Comatam & Togatam. Braccata erat illa cujus incolæ braccis utebantur ; comata ubi comam alebant geſtabantque ; togata ubi togæ Romanæ uſus erat. Nummum adjicimus ad Lugdunum pertinentem, ubi leo pro ſymbolo ; alterumque Maſſilienſem cum eodem ſymbolo ; tertium Nemauſenſem cum inſcriptione Col. Nem. Colonia Nemauſenſis, & ſymbolo palmæ & crocodili : cum autem hæc Nemauſo congruere minime videantur, multi credunt his annotari coloniam ex Ægypto Nemauſum ab Imperatoribus miſſam.

V. Hiſpania in nummis mulieris forma repræſentatur, quæ mulier recumbit rupibus innixa, manu ramum tenet, & ad pedes cuniculum habet. In aliis nummis altera manu duas ſagittas, altera ramum tenet. Sic habetur in nummo quodam Auguſti, & cum levi quodam diſcrimine in duobus Galbæ nummis, & in Hadriani alio. Valentia urbs in altera facie

SYMBOLES DES VILLES D'ITALIE ET DES GAULES

CIX. Pl. a la 186. page T. III

Beger

Beger



Beger



Beger



Beger



Beger

Beger

Beger



Beger

Beger

SYMBOLES DE L'ESPAGNE

Augustin

Beger

Beger

Beger

Beger



Augustin

Augustin

Augustin

Augustin

Augustin

Beger



SYMBOLES DE LA SICILE.

CXI. *Pl. a la 188. pag. T. III*



Beger



Beger



Beger



Beger



Beger



Beger



Beger



Beger



Beger



Beger

deValence a d'un côté la tête de Jupiter, & au revers la foudre, au côté de laquelle eſt un bâton qui ſe termine en haut par la tête d'un animal. Carteia eſt repréſentée en femme qui a des creneaux ſur la tête à la maniere des villes de l'Orient; cette ville maritime a au revers un peſcheur, & dans une autre medaille Neptune. Caſcantum a un bœuf; Bilbilis & Oſca un cavalier qui tient la lance en arreſt; Ilerda un loup; Cæſar-Auguſta qui eſt Saragoſſe, un bouvier qui mene la charrue à deux bœufs; Emerita les portes de la ville; Biate ou Biatia a d'un côté deux têtes, une couronnée de laurier, & l'autre qui porte le caſque, & au revers un cavalier qui porte un rameau. Il y a encore d'autres villes d'Eſpagne qui ont des types particuliers: pluſieurs ont le nom écrit en ancien caractere Eſpagnol, qu'on ne lit plus aujourd'hui.

caput Jovis, in altera fulmen habet, ad cujus latus baculus ſuperne animalis capite terminatur. Carteia ut mulier repræſentatur, quæ coronam muralem capite geſtat perinde atque orientales urbes: hæc maritima urbs in poſtica parte piſcatorem habet, & in alio nummo Neptunum. Caſcantum bovem pro nota & ſymbolo habet. Bilbilis & Oſca equitem exhibent, qui exertam currendo haſtam tenet. Ilerda lupum habet; Cæſarauguſta aratorem binis terram ſulcantem bobus. Emerita portas ipſas ſuas exhibet. Biate aut Biatia in una facie duo capita habet, quorum aliud lauro coronatum, aliudque galeatum; in poſtica vero parte equitem ramum tenentem. Multæ quoque aliæ Hiſpaniæ urbes ſunt, quæ ſchemata habent ſibi propria. Aliquando earum nomina ſcribuntur veteri Hiſpano charactere qui hodie non legitur,

CHAPITRE VIII.

I. Symboles de la Sicile & de ſes villes. II. Autres ſymboles. III. Ceux des fleuves ſelon Elien. IV. Symboles de la Dace & de la Pannonie.

I. LA Sicile appellée auſſi *Trinacria*, eſt repréſentée par trois jambes qui marquent les trois promontoires de cette île triangulaire: entre les trois jambes ſont autant d'épis, pour marquer la fertilité du payis. Cette figure ſe trouve dans pluſieurs medailles; celle-ci eſt de Panorme ou de Palerme, deſignée par une figure qui porte un caſque. Les medailles de Syracuſe ſe trouvent en grand nombre; nous en donnons deux, dont l'une a une tête de Diane, & une foudre au revers: l'autre a une tête differente de la premiere, & au revers une machine avec deux poiſſons. On croit que cette machine qui a quatre branches ſignifie les quatre parties de la ville de Syracuſe. Agragas ou Agrigente a une tête, & au revers une aigle & un cancre. Meſſine a un lievre, & au revers un homme ſur une voiture tirée par un cheval; une autre medaille de la même ville a un polype, eſpece de poiſſon qu'on prenoit ſur cette plage de mer. Leontium dont nous donnons quatre medailles, avoit pour ſymbole la tête du lion que nous voions ſur trois medailles; PL. CXI.

CAPUT VIII.

I. Symbola Siciliæ ejuſque urbium. II. Alia ſymbola. III. Fluviorum ſymbola ſecundum Ælianum. IV. Daciæ atque Pannoniæ.

I. SICILIA quæ item Trinacria appellabatur, tribus junctis cruribus repræſentatur, interque crura tres ſpicæ ſunt: tria crura tria inſulæ iſtius triangularis promontoria ſignificant, ſpicæ vero agri fertilitatem. Hic nummus Panormi eſt, cujus nota hîc caput galeatum. Nummi Syracuſani magno numero occurrunt. Duos proferimus, quorum alter caput Dianæ offert, & in poſtica facie fulmen; alter aliud caput, & in poſtica facie machinam quamdam cum duobus piſcibus. Machina vero illa quæ quatuor partibus conſtat, quatuor Syracuſæ urbis partes ſignificare putatur. Acragas vel Agrigentum caput habet, in poſtica vero parte aquilam & cancrum. Meſſana leporem, in altera vero facie virum rheda vectum uno trahente equo: alius ejuſdem urbis nummus polypum habet piſcem, qui in iſtis oris captabatur. Leontium, cujus quatuor proferimus nummos, ſymbolum habebat caput leonis in tribus nummis poſitum; in quarto num-

dans l'autre eſt la tête d'Apollon, & au revers le trepied & la lyre. On croit
Pl. que la medaille ſuivante, dont l'inſcription greque eſt tres-difficile à lire, eſt
CXII. de Segeſte ville de Sicile : on voit ici trois jambes, & au revers deux lutteurs ; d'où Beger tire une preuve que cette medaille eſt des Segeſtans, qui étoient grands lutteurs. Le cavalier qui darde ſa lance avec le Minotaure au revers étoit un ſymbole de Gela, qui ſe trouve écrite ſur les medailles CEAA & ΓEAA : une autre medaille a au lieu du cavalier un homme qui conduit un char, & une Victoire en l'air qui tient une couronne. Camarine a une Minerve, & au revers une Victoire qui vole & qui tient une palme ; audeſſous eſt un oiſeau. Himere a une Victoire, & au revers un homme monté ſur un bouc. Les Centuripins ont la tête de Jupiter, & au revers la foudre. Catane a la tête de Jupiter Hammon, & au revers une femme qui tient une balance avec quelques autres petites marques. Dans une autre medaille eſt la tête de Bacchus ou de Libera, & au revers deux jeunes hommes qui emportent leurs peres pour les garantir des incendies du mont Etna : ce qui eſt encore exprimé dans la medaille ſuivante. Dans la medaille de Selinonte un homme nu ſacrifie, & au revers deux hommes ſur un char tiennent l'arc tendu & décochent des traits.

Pl. II. La grande Bretagne, *Britannia*, eſt marquée par une femme aſſiſe qui
CXIII. tient une pique, & qui s'appuie ſur un bouclier.

La Germanie eſt repréſentée dans une medaille de Domitien par un homme nu qui tient un bouclier, & dans Hadrien par une femme qui tient une pique & un bouclier.

Le Rhin eſt ſignifié par un vieillard qui tient un rameau, & eſt appuié ſur une urne à la maniere des fleuves. Le Danube eſt à peu près de même dans les medailles de Trajan avec l'inſcription DANVVIVS. On voit le même fleuve ſur la colonne Trajane, où il paroit dans les ondes auprès d'un antre.

III. Ce qu'Elien dit des fleuves eſt trop remarquable pour le paſſer. »Nous connoiſſons, dit-il, les fleuves, nous n'ignorons pas leur cours ; ceux »qui les adorent & qui les repréſentent en figures, leur donnent la forme »les uns d'hommes, les autres de bœufs. Ceux-ci ſont repréſentez en bœufs ; »l'Eraſine & le Metope par les Stymphaliens ; l'Eurotas par les Lacedemo»niens ; l'Aſope par les Sicyoniens & les Phliaſiens ; le Cephiſſe par les Ar»giens. Ceux-ci ſont peints en hommes ; l'Erymanthe par les Pſophiliens ; »l'Alphée par les Hereens & par les Cherroneſiens de Cnide. Les Atheniens

---

mo caput eſt Apollinis, & in poſtica parte tripus atque lyra. Nummus ſequens cujus lectio admodum difficilis, Segeſtæ Siciliæ urbis eſt. Hic tria crura conſpiciuntur, & in poſtica facie luctatores duo, unde concludit Begerus hunc nummum Segeſtanorum eſſe, qui luctæ admodum dediti & aſſueti. Eques haſtam vibrans, & in poſtica parte Minotaurus ſymbola ſunt Gelæ Siciliæ urbis quæ in nummis ſcribitur CEAA & ΓEAA : alius nummus pro equite virum habet rhedam ducentem & Victoriam in aere coronam tenentem. Camarina Minervam exhibet, & in poſtica facie Victoriam volantem palmamque tenentem : infra eſt avis. Himera Victoriam præfert, & in poſtica parte virũ hirco equitantem. Centuripini caput Jovis habent, & in poſtica facie fulmen ; Catana caput Jovis Hammonis & in poſtica facie mulierem ſtateram tenentem, cum aliis quibuſdam exiguis ſignis : in alio nummo caput Bacchi, vel Liberæ, & in poſtica parte duo juvenes qui patres ſuos humeris portant, ut ab Ætnæis flammis eripiant, quod etiam in ſequenti nummo exprimitur. In nummo Selinuntiorum vir nudus ſacrificat, & in altera facie duo viri in curru tenſis arcubus tela mittunt.

II. Britannia ſymbolum habet mulierem ſedentem, haſtam tenentem, & clipeo nixam.

Germania in nummo Domitiani repræſentatur per virum nudum clipeum tenentem, & in Hadriani nummis per mulierem haſtam clipeumque geſtantem.

Rhenus ſignificatur ſene ramum tenente & urnæ innixo, ut flumina ſolent. Danubius fere ſimiliter repræſentatur in nummis Trajani cum inſcriptione DANVVIVS. Idemque flumen in columna Trajana viſitur, ubi in undis exhibetur prope antrum.

III. Quod Ælianus de ſymbolis fluviorum refert Var. hiſt. 2. 33. dignum ſane obſervatu eſt : *Fluminum naturam*, inquit, *& alveos novimus ; nihilominus tamen quidam colentes eos, & imagines eorum fabricantes ; alii humanam, alii boum figuram illis attribuunt. Nam bobus ſimiles faciunt Stymphalii Eraſinum & Metopam, Lacedæmonii Eurotam, Sicyonii & Phliaſii Aſopum, Argivi Cephiſſum. In hominum vero figura Pſophilii Erymanthum colunt, Alpheum He-*

SYMBOLES DE LA SICILE

CXII. *Pl. a la 188. page T. III*

Beger *Beger*

Beger *Beger*

Beger *Beger*

Beger *Beger*

SYMBOLES

Beger

Beger

Augustin

Col. Trajane

Beger

Beger

Beger

Beger

Augustin

repréſentent le Cephiſſe en homme cornu. En Sicile les Syracuſiens peignent« l'Anape en homme, & la fontaine Cyane en femme. Les Egeſtéens peignent« en homme le Porpax, le Crimiſſe & le Telmiſſe. Les Agrigentins donnent« au fleuve qui porte le nom de leur ville la forme d'un jeune garçon, & lui« ſacrifient. Les mêmes conſacrerent à Delphes un petit garçon d'ivoire, & y« mirent pour inſcription le nom de ce fleuve.«

IV. La Dace eſt ſouvent ſur les medailles; dans celles de l'Empereur Dece c'eſt une femme qui tient un bâton au bout duquel eſt la tête d'un animal, qui n'eſt pas aiſé à reconnoitre. Dans une autre la femme aſſiſe porte un bonnet Phrygien, tient d'une main un ſceptre & de l'autre un rameau, & a deux petits enfans avec elle. Dans une autre c'eſt un homme aſſis ſur un trophée.

La Pannonie dans Ælius Ceſar a un bonnet extraordinaire, & tient un ſigne militaire de la main droite. Une autre medaille a deux figures de femmes qui tiennent chacune un ſigne militaire.

---

ræenſes; Cherroneſii qui in Cnido ſunt, eum ipſum fluvium ſimiliter. Athenienſes autem Cephiſſum colunt ut virum cornutum. Porro in Sicilia Syracuſii Anapum viro exprimunt; at Cyanam fontem figuræ mulieris colunt. Ægeſtæi Porpacem, Crimiſſum & Telmiſſum virorum ſpecie colunt. Agrigentini cognominem urbi fluvium ſpecioſi pueri forma effingentes, illi ſacrificant, qui etiam Delphis conſecrarunt eburneam ſtatuam, & fluvii nomen inſcripſerunt: ſtatua pueri eſt.

IV. Dacia ſæpe in nummis viſitur: in Decii nummis mulier eſt baculum tenens, in cujus extrema parte caput animalis, non cognitu facilis. In alio mulier ſedens tiaram Phrygiam geſtat, manu ſceptrum tenet, alteraque manu ramum, duoſque puerulos juxta poſitos habet: in alio nummo vir eſt tropæo inſidens.

Pannonia in Ælio Cæſare galerum ſeu tiaram habet ſingularem, ſignumque militare manu dextera tenet; alius nummus duas mulieres exhibet, quarum utraque ſignum militare tenet.

CHAPITRE IX.

I. Symboles des Atheniens & des autres peuples de Grece. II. Des Theſſaliens & d'autres. III. Des îles.

PL. CXIV. I. LEs Atheniens ont la tête de Minerve d'un côté, & la chouette de l'autre; les Thebains un pot à deux anſes d'un côté, & un bouclier de l'autre; les Lacedemoniens Caſtor & Pollux courans à cheval; les Argiens un loup; ceux de Thea une tête d'Apollon, & au revers un Pegaſe; les Seriphiens ont un lion ſur lequel monte une chevre; ceux de Malea promontoire une aigle; ceux de Patras la tête de Jupiter Olympien, & au revers une Minerve; ceux d'Egine une tortue; les Acheiens la tête de Neptune, & un trident au revers.

PL. CXV. II. Les Theſſaliens ont la tête de Jupiter, & au revers Minerve; ceux de Lamia une tête de Bacchus & une grande cruche à deux anſes; les Theſpiens une Muſe & une lyre; les Opontiens la tête de Protogenie, à ce que croit Beger, & au revers Ajax Oïlée; les Macedoniens une tête de Diane, ils avoient auſſi beaucoup d'autres ſymboles. Ceux de Theſſalonique ont la tête de Jupiter, & au revers deux chevaux dreſſez l'un contre l'autre; dans un autre revers eſt un Cabire. Heraclée de Macedoine a d'un côté un caſque, & de l'autre un bouclier ſingulier; les Lapithes une tête de Diane, & au revers une lyre; Lariſſa une tête de femme que les uns prennent pour Meduſe, les autres pour Lariſſa fille de Pelaſgus, & au revers un cheval. Les Locriens ont Caſtor & Pollux, & au revers un Jupiter aſſis.

PL. CXVI. La tête de bœuf marque l'île d'Eubée. Ceux de Chalcide ont une aigle qui ſe bat contre un dragon; les Eretriens la tête de Diane, & au revers un bœuf; les Iſtiéens la tête de Bacchus, & de l'autre côté une femme qui tient un voile de navire, lequel convient à leur nom; l'Epire la tête de Jupiter, & une aigle au revers; les Etoliens la tête de Mercure, & au côté oppoſé un ſanglier; ceux de Dyrrachium ou Durazzo une vache qui allaite un veau; Corfou une tête couverte de la peau du lion, & au revers une proue de navire; les Polyrrheniens une tête de Jupiter, & au revers la tête d'un bœuf.

CAPUT IX.

I. Symbola Athenienſium aliorumque Græciæ populorum. II. Theſſalorum & aliorum. III. Inſularum.

I. ATHENIENSES ex una parte caput Minervæ habent, ex altera noctuam. Thebani diotam ſeu amphoram utrinque anſatam in una facie, & clipeum in altera. Lacedæmonii Caſtorem & Pollucem equites currentes; Argivi lupum; Theæ incolæ caput Apollinis, & in poſtica facie Pegaſum; Seriphii leonem quem conſcendit capra; Maleæ promontorii incolæ aquilam; Patrenſes caput Jovis Olympii, & in poſtica parte Minervam; Æginetæ teſtudinem; Achæi caput Neptuni, & in altera facie tridentem.

II. Theſſali caput Jovis & in altera facie Minervam habent; Lamienſes caput Bacchi & diotam ſeu magnam amphoram utrinque anſatam; Theſpii muſam & lyram; Opuntii caput Protogeniæ, ut putat Begerus, & in poſtica facie Ajacem Oileum; Macedonii caput Dianæ, & alia quoque multa ſymbola habuere. Theſſalonica Jovis caput habet, & in poſtica facie duos equos, unum adverſus alterum erectos; in alia ejuſdem poſtica facie Cabirus viſitur. Heraclea Macedoniæ in altera facie caſſidem, in altera clipeum ſingularem habet; Lapithæ caput Dianæ, & in poſtica facie lyram; Lariſſa caput mulieris, quam alii Meduſam, alii Lariſſam Pelaſgi filiam eſſe dicunt, & in poſtica facie equum. Locri Caſtorem & Pollucem habent, & in altera facie Jovem ſedentem.

Caput bovis Eubœam inſulam ſignificat: Chalcidenſes aquilam habent adverſus draconem pugnantem; Eretrii caput Dianæ, & in poſtica facie bovem; Iſtiæi caput Bacchi, & in altera facie mulierem navis velum tenentem, quod ipſorum convenit nomini; Epirus caput Jovis & aquilam in poſtica parte; Ætoli caput Mercurii & in altera facie aprum; Dyrrachii vaccam vitulum lactantem; Corcyra caput exuviis leonis opertum, & in poſtica facie proram navis; Polyrrhenii caput Jovis, & in altera facie caput bovis.

SYMBOLES DES VILLES DE LA GRECE

CXIV. Pl. a la 190. page T. III

Beger



Beger

Beger



Beger



Beger



Beger



Beger



Beger



Beger



Beger

SYMBOLES DES VILLES DE LA GRECE

CXV. Pl. a la 190. page T. III

Beger

Beger



Beger



Beger

Beger



Beger

Beger



Beger

Beger

Beger

SYMBOLES DE LA GRECE

CXVI. *Pl. a la 190. pag. T. III*

Beger



Beger



Beger

Beger



Beger



Beger



Beger



Beger



Beger



Beger

SYMBOLES DES ISLES



Beger

Beger



Beger

Beger



Beger

Beger



Beger

Beger



Beger



Beger

III. Le ſymbole de Cnoſſus ville de Crete ſe voit ſur une medaille qui a d'un côté la tête de Jupiter, ou comme d'autres veulent, du roi Minos, & de l'autre le labyrinthe. Gortyne autre ville de Crete, a d'un côté la tête de Jupiter, & de l'autre Europe ſur le taureau; Elyros autre ville de Crete a d'un côté un cerf, & de l'autre une mouche à miel. L'île de Rhodes a d'un côté la tête du ſoleil, & de l'autre une roſe. L'île de Chio a d'un côté Homere, & de l'autre une ſphinx, qui tient une pate ſur une lyre. Paros a la tête de Meduſe, & au revers un bœuf. Samos en certaines medailles a une Amazone qui tient une couronne; ſon ſymbole le plus ordinaire étoit Junon Samienne, que nous avons donnée au chapitre de Junon tome premier. L'île de Tenedos a d'un côté deux têtes adoſſées, l'une d'un homme barbu, l'autre d'une femme, & au revers une hache, à un côté de laquelle eſt une grappe de raiſin ſymbole de Bacchus, & à l'autre une lyre ſymbole d'Apollon. L'île de Lipare a Vulcain d'un côté, & un certain inſtrument de l'autre. L'île de Cos a d'un côté la tête d'un jeune Hercule couverte d'une peau de lion, & de l'autre une maſſue ſous un cancre. PL. CXVII.

III. Symbolum Cnoſſi Cretenſis urbis in nummo viſitur, in cujus altera facie caput Jovis, aut, ut alii volunt, Minois regis, & in altera labyrinthus: Gortyna alia urbs Cretenſis in una facie caput Jovis habet, in altera Europam tauro inſidentem. Elyros alia urbs Cretenſis in una facie cervum, in altera apem habet. Rhodus caput ſolis exhibet, & in poſtica parte roſam. Chio inſula in una facie Homerum, in altera ſphingem habet, quæ pedem lyræ imponit. Paros caput habet Meduſæ, & in poſtica facie bovem. Samos in quibuſdam nummis Amazonem præfert coronam tenentem. Symbolum Sami ſolitum Juno Samia erat quam dedimus ubi de Junone tomo primo. Tenedos inſula duo capita conjuncta habet, quorum unum barbatum, aliud imberbe, mulieris ut putatur; in altera vero facie ſecurem, & utrinque à lateribus ſecuris hinc uva Bacchi eſt, inde lyra Apollinis ſymbolum. Lipara inſula Vulcanum in una facie habet, & inſtrumentum quodpiam in altera. Inſula Cos hinc caput Herculis junioris exuviis leonis indutum; indè clavam cancro ſuppoſitam.

CHAPITRE X.

Explication d'un monument singulier trouvé à Pouzzol, des douze villes de l'Asie ruinées du tems de Tibere par un tremblement de terre.

PL. CXVIII UN des plus beaux monumens découverts de nos jours est un grand piedestal deterré à Pouzzol près de Naples l'an 1693. long d'environ cinq pieds & demi, large & épais d'environ trois & demi : la hauteur égale à peu près la largeur. Des deux plus longues faces l'une a une grande inscription, aux extrémitez de laquelle sont deux figures de femmes, dont l'une tient la main sur la tête d'un enfant. La face opposée a six figures ; les deux plus petites en ont trois. Chaque figure a sous ses pieds le nom d'une de ces villes d'Asie ; mais tant les figures que les noms ont été fort maltraitez par le tems, & se trouvent aujourd'hui tels que nous les représentons ici après M. Bulifon Libraire de Naples, qui en donna une courte & exacte explication imprimée à Naples en 1694. Il est certain qu'il s'agit ici de ces villes de l'Asie qui furent ruinées par un tremblement de terre sous Tibere, & rétablies par le même Empereur. Quelques-uns croient que ce tremblement de terre est celui qui arriva à la mort de notre Seigneur Jesus-Christ : c'étoit certainement sous le même Empereur ; c'est aux chronologistes à voir si l'année convient. On met ordinairement douze villes ruinées ; le marbre en a quatorze, sans compter le petit enfant qui a son inscription au pied comme les autres. L'inscription porte, *Tiberio Cæsari divi Augusti filio, divi Julii nepoti, Augusto, Pontifici maximo, Consuli quartùm, Imperatori octavùm, Tribunitiæ potestatis* XXXII. *Augustales Respublica restituit :* c'est-à-dire que la Republique a rétabli les jeux nommez Augustales en l'honneur de Tibere fils d'Auguste, petit-fils de Jules, lorsqu'il étoit Consul pour la quatriéme fois, *imperator* pour la huitiéme, à son trente-deuxiéme Tribunat : & cela sans doute en memoire de ce qu'il avoit rétabli les villes d'Asie ruinées par les tremblemens de terre.

Strabon parle en plusieurs endroits de ce tremblement de terre, mais sans faire l'énumeration des villes ruinées : il dit seulement en parlant de Magnesie qu'aiant été ruinée par un tremblement de terre, elle fut rétablie par

---

CAPUT X.

Explicatio monumenti singularis Puteolis reperti, duodecim Asiæ urbium, quæ sub terræ motu obrutæ sunt:

INTER pulcherrima monumenta ævo nostro erutа connumerandus est stylobates ille, qui anno 1693. Puteolis prope Neapolin erutus est ; cujus longitudo est quinque pedum atque dimidii, latitudo trium & dimidii, altitudo latitudini pene par. Ex duabus longioribus faciebus, altera inscriptionem magnam habet, in cujus extremis oris sunt duæ mulieres sculptæ, quarum altera manum imponit capiti pueruli : huic aversa facies sex figuras præfert, duo minora latera tres statuas singula exhibent. Quæque figura sub pedibus habet urbis Asiaticæ nomen, sed tum figuræ tum nomina tempore admodum deformata sunt, & hodieque visuntur qualia hic repræsentamus post Antonium Bulifonium bibliopolam Neapolitanum genere Gallum, qui hujus marmoris brevem accuratamque explicationem dedit Neapoli cusam anno 1694. Certum est hic de urbibus illis Asiæ agi, quæ terræ motu prostratæ fuere imperante Tiberio, & ab eodem imperatore restauratæ sunt. Non desunt qui putent hunc terræ motum illum esse, qui in D. N. J. Christi morte accidit : sub eodem certe imperatore evenit : jam chronologi videant an chronologicæ notæ in eumdem conveniant terræ motum. Vulgo ponuntur urbes duodecim dirutæ : marmor quatuordecim exhibet non annumerato puerulo cui inscriptio suppositа erat, ut & aliis figuris. Inscriptio sic habet : *Tiberio Cæsari divi Augusti filio, divi Julii nepoti, Augusto, Pontifici maximo, Consuli quartum, Imperatori octavum, Tribunitiæ potestatis* XXXII. *Augustales Respublica restituit.* Marmorque haud dubie positum est in memoriam restauratarum in Asia urbium, quæ terræ motu prostratæ fuerant.

Strabo multis in locis hunc terræ motum commemorat : sed urbes per illum destructas nunquam enumerat ; ait solum libro 12. de Magnesia loquens, eam terræ motu obrutam principis videlicet Tiberii libe-

la

TI. CAESARI DIVI
AVGVSTI F. DIVI
IVLI N. AVGVSTO
PONTIF. MAXIMO COS. IIII.
IMP. VIII. TRIB. POTESTAT. XXXII
AVGVSTALES
RESPVBLICA
RESTITVIT
THENIA ..... ETORON
MAGNESIA

TEMNOS
CIBYRA
MYRINA
EPHESOS
APOLLONIDEA
HYRCA
HYRCANIA

PHILADELPHEA
TMOLVS
CYME

CIVITATIBVS ASIAE
RESTITVTIS

MOSTENE
E
AEGE
AESAREA
HIEROCAESAREA

la liberalité du Prince, c'eſt-à-dire de Tibere ; il le nomme comme reſtaurateur de Sardes capitale de la Lydie, lorſqu'il parle de cette ville, & il dit auſſi que Philadelphie a été ſouvent agitée de tremblemens de terre. Tacite rapporte le fait en détail, & dit qu'en l'an de Rome DCCLXXX. douze villes de l'Aſie furent ruinées par un tremblement de terre qui vint la nuit, ſi furieux que les hautes montagnes furent applanies, & que la plaine devint ſcabreuſe & pleine de précipices, qu'on vit des feux qui s'élevoient parmi les ruines ; que la ville de Sardes fut la plus maltraitée ; que Tibere lui promit cent mille ſeſterces, & lui remit tous les tribus pendant cinq ans ; que ceux de Magneſie, de Temnos, de Philadelphie, d'Ægé, d'Apollonie, les Moſceniens, ceux qu'on appelloit Macedoniens Hyrcaniens, Hieroceſarée, Myrine, Cyme, Tmole, eurent la même exemtion de tributs ; & qu'on envoia M. Aletus pour avoir ſoin du rétabliſſement & du ſoulagement de ces villes Epheſe & Cibyre qui ſe trouvent ſur le marbre, ne ſont point dans l'énumeration de Tacite. La Cronique d'Euſebe y met treize villes, Epheſe, Magneſie, Sardes, Moſthene, (le texte eſt corrompu ici, mais il eſt évident qu'il faut lire ainſi,) Ægé, Hieroceſarée, Philadelphie, Tmolus, Temnos, Cymé, Myrrhine, Apollonie-Die, Hyrcanie. Il y en auroit quatorze, ſi Apollonia Dia faiſoit deux villes ; mais il paroit certain que ce qu'Euſebe appelle Apollonia Dia, eſt ce que le marbre nomme d'un ſeul mot Apollonidea. Cependant Nicephore qui compte quatorze villes, en a fait une de Dia, & l'a même miſe non pas après Apollonie, mais après Hyrcanie, en cet ordre : » Quatorze villes, dit-il, de l'Aſie »Mineure furent ruinées par un tremblement de terre ; en voici les noms, »Epheſe, Magneſie, Sardes, Moſthene, Hieroceſarée, Philadelphie, Tmo»lus, Tymus (pour Temnos), Myrine, Cymé, Apollonie, Hyrcanie, Die, »Cibyre. Il fait donc une ville de Dia ainſi ſeparée & tranſpoſée après Hyrcanie, & ne met point Ægé, qui eſt dans Tacite & dans Euſebe, & ſur le marbre ; mais il met Cibyre, qui n'eſt ni dans Tacite ni dans Euſebe, mais qui ſe trouve bien écrite ſur le marbre. Venons aux figures de ce monument & aux inſcriptions.

La premiere eſt une femme qui tient la main ſur la tête d'un enfant ; l'en-

---

ralitate reſtauratam fuiſſe ; eumque item ut Sardium Lydiæ metropoleos reſtauratorem nominat libro decimo tertio, ubi de Sardibus ; ait ipſe ſcriptor Philadelphiam frequentibus terræ motibus ſuccuſſam fuiſſe. Tacitus rem minutatim deſcribit Annal. 2. aitque : *eodem anno* (DCC LXXX.) *duodecim celebres Aſiæ urbes conlapſæ, nocturno motu terræ, quo improviſior graviorque peſtis fuit. Neque ſolitum in tali caſu effugium ſubveniebat in aperta prorumpendi, quia diductis terris hauriebantur : ſediſſe immenſos montes, viſa in arduo quæ plana fuerint, effulſiſſe inter ruinam ignes memorant. Aſperrima in Sardianos lues, plurimum in eoſdem miſericordiæ traxit : nam centies ſeſtertium pollicitus eſt Cæſar, & quantum ærario aut fiſco pendebant, in quinquennium remiſit. Magnetes a Sipylo proximi damno ac remedio habiti. Temnios, Philadelphenos, Ægeatas, Apollonienſes, quique Moſceni aut Macedones Hyrcani vocantur, & Hierocæſaream, Myrinam, Cymen, Tmolum levari idem in tempus tributis, miſtique ex ſenatu placuit, qui præſentia ſpectaret refoveretque. Delectus eſt M. Aletus e prætoriis, ne conſulari obtinente Aſiam, æmulatio inter pares, & ex eo impedimentum oriretur.* Epheſus & Cibyra quæ in marmore habentur, apud Tacitum non commemorantur. Euſebii Chronicon tredecim urbes enumerat : *Tredecim urbes terræ motu corruerunt, Epheſus, Magneſia, Sardis, Moſthene,* (ſeries hic vitiata, at conſpicuum eſt ſic legendum eſſe) *Ægæ, Hierocæſarea, Philadelphia, Tmolus, Temnos, Cyme, Myrrhina, Apollonia Dia, Hyrcania :* quatuordecim eſſent ſi Apollonia Dia duæ eſſent urbes ; at liquidum videtur id quod Euſebius vocat Apollonia Dia, idipſum eſſe quod in marmore una voce dicitur Apollonidea. Attamen Nicephorus, qui quatuordecim urbes commemorat, Diam poſuit, non poſt Apolloniam, ſed poſt Hyrcaniam hoc ordine : *Quatuordecim urbes*, inquit ille, *Aſiæ Minoris proſtratæ terræ motu ſunt, quarum hæc nomina, Epheſus, Magneſia, Sardes, Moſthene, Hierocæſarea, Philadelphia, Tmolus, Timus,* (*lege Temnos*) *Myrina, Cyme, Apollonia, Hyrcania, Dia, Cibyra* ; Diam igitur urbem facit ſeorſim poſitam poſt Hyrcaniam : Ægen vero non nominat, quæ apud Tacitum & Euſebium atque in marmore nominatur, ſed Cibyram ponit quæ nec apud Tacitum nec apud Euſebium exſtat, ſed quæ in marmore clare ſcripta nec vitiata legitur. Jam ad hujus monumenti ſchemata ejuſque inſcriptiones veniendum.

Prima imago mulier eſt, quæ capiti pueri manum imponit : puer ad pedes poſitas has literas habet

fant a ſous ſes pieds l'inſcription *Thenia*. Si le nom eſt aſſez bien conſervé pour être lû exactement, on eſt bien embarraſſé à dire ce que c'eſt que *Thenia* dans l'Aſie Mineure; M. Bulifon croit que c'eſt la petite île Thynias, qui ſelon Etienne de Byzance eſt à l'entrée du Pont, ou ſelon Strabon entre la Bithynie & la Paphlagonie. Cela ne ſatisfera peutêtre pas; mais je ne trouve rien de meilleur. M. Fabreti croit qu'il faut lire *Parthenia*, qui eſt Samos metropole de Pouzzol; Samos, dit-il, s'appelloit anciennement Parthenia: mais aucun de ceux qui ont fait l'énumeration des villes ruinées, n'y a mis ni Samos, ni Parthenia, qui par conſequent eſt miſe ici bien au hazard. L'inſcription qui eſt ſous la femme n'eſt pas moins embarraſſante: il y a pluſieurs lettres effacées, & celles qui reſtent ſont ſelon M. Bulifon .... EIORON XX. ces deux derniers XX ne ſe liſent qu'en devinant. M. Bulifon croit que c'eſt COTEIORON, ville Greque, colonie de ceux de Sinope, dont parle Xenophon. Il eſt vrai qu'il parle de la ville de Cotyora, Κοτύωρα, & de ſes habitans les Cotyorites qu'il appelle Κοτυωρῖται. Mais outre que les noms ne conviennent pas tout à-fait, cette ville paroit trop éloignée des autres, & ne ſe trouve dans aucune des énumerations des villes ruinées que nous ont données Tacite, Euſebe & Nicephore. De plus, ſi nous mettons ici Cotyora, la ville de Sardes ne s'y trouvera pas, qui étoit pourtant la plus grande des villes ruinées, la plus maltraitée, & celle au rétabliſſement de laquelle Tibere fit le plus de dépenſe. M. Fabreti qui dit avoir reçu cette inſcription figurée par ordre du Cardinal Cantelmi, dit que ce mot gâté eſt ainſi exprimé ſur le marbre ... EI. RON. XX. il lit ainſi, EIERON, & prétendant rétablir cette mauvaiſe leçon qui étoit originairement ſur le marbre, à ce qu'il croit, en mettant HIERON. XXI. il dit qu'Hieron ſera un temple ſelon la ſignification du mot grec, & que XXI. ſignifiera le nombre des Auguſtales, qui étoient vingt-un dans leur origine ſelon Tacite. Mais tout cela me paroit trop hazardé: on ne devine jamais ſur des inſcriptions ſi gâtées ſans peril d'erreur. J'aimerois mieux croire que c'eſt ici la ville de Sardes, elle & Magneſie ſont miſes les premieres, comme les principales & les plus maltraitées: peutêtre que le nom *Sardes* étoit tout le premier dans les lettres effacées, & que les lettres qui reſtoient diſoient quelque choſe que nous ne pouvons deviner.

Je croi que M. Bulifon a tres-bien expliqué tout ce qui reſte: je ne doute

---

THENIA: quod nomen ſi in labefactato lapide recte legatur, difficultatem certe parit: nam quod hujuſmodi nomen eſt in Aſia minori? Putat Bulifonius eſſe Thyniam inſulam, quæ ſecundum Stephanum Byzantium in Ponti ingreſſu eſt, aut ſecundum Strabonem inter Bithyniam & Paphlagoniam: illud ſane fortaſſe non placebit; at nihil reperio ſubſtituendum. Raphael Fabretus inſcript. p. 729. legendum putat PARTHENIA, quæ eſt Samos hoc olim nomine appellata, quæ erat Puteolorum Metropolis. At nemo eorum, qui proſtratas urbes enumerarunt, vel Samum vel Partheniam commemoravit; ideoque hic ſine ulla auctoritate locatur. Quæ ſub muliere eſt inſcriptio non minus negotii faceſſit: ex literis plurimæ abraſæ ſunt; quæ ſuperſunt autem ſic leguntur a Bulifonio..... EIORON XX. Putat Bulifonius hic indicari COTEIORON urbem Græcam Sinopenſium coloniam, quam commemorat Xenophon. Vere ille de urbe loquitur cui nomen Cotyora, κοτύωρα, deque incolis, qui apud ipſum nominantur κοτυωρῖται, *Cotyoritæ*. At præterquam quod nomina non prorſus conveniunt; hæc urbs ab aliis hic memoratis longius diſjuncta videtur, neque apud aliquem ex ſupra memoratis ſcriptoribus inter obrutas terræ motu urbes connumeratur. Ad hæc ſi hic Cotyoram ponamus, Sardes non comparebunt, quæ tamen urbium illarum maxima & damnis affecta majoribus fuerat, quamobrem eidem reſtaurandæ major a Tiberio vis pecuniæ inſumta. Fabretus qui ſe a Cardinali Cantelmio hujus marmoris delineationem accepiſſe ait, hanc labefactatam vocem in marmore ſic exhiberi .. E I. R O N X X. hocque modo legit E I E R O N, malamque, ut putat ille, lectionem in marmore ſic poſitam ab origine, ſic reſtitui vult H I E R O N. X X I. Hieron, inquit, templum erit ſecundum græcæ vocis ſignificationem, X X I. numerum denotabit Auguſtalium, qui ex Tacito in origine ſua viginti & unus erant: ſed hæc velut caſu dicta videntur: in adeo labefactatis hujuſmodi inſcriptionibus nunquam ſine periculo divinatur. Libentius crederem hanc urbem Sardes eſſe, quæ cum Magneſia primæ poſitæ fuerint utpote majores majorique detrimento affectæ: forte Sardium nomen primum in abraſis literis erat, & ſuperſtites literæ aliud efferebant quod divinare non poſſumus.

Quæ ſuperſunt omnia a Bulifonio recte explicata

pas que la figure de l'autre côté de l'inſcription, du nom de laquelle il ne reſte que ces lettres ..... IA. ne ſoit Magneſie. Philadelphie vient après ſur un des petits côtez,& ſon nom eſt entier. Le mont Tmolus ou Timolus ſuivant eſt ſous la figure d'un homme,à ſon côté on voit un cep de vigne qui eſt cru en arbre,& duquel pendent des grapes.Il eſt mis parmi les villes rétablies, parceque comme il étoit fort cultivé ſelon le témoignage des auteurs, il y avoit ſans doute des habitations qui furent ruinées par le tremblement de terre, & puis rétablies par la liberalité de l'Empereur. Cymé qui eſt repréſentée ſous la figure d'une femme a ſon nom bien écrit. Temnos eſt auſſi ſous la forme d'une femme qui tient un bâton. Cibyra a le caſque en tête, & tient une pique comme Minerve ; cette pique a un fer à chaque bout. Myrina tient un panier ; Epheſe un rameau d'où ſortent deux pommes, ou peutêtre deux pavots ; elle eſt couronnée, & il ſort de ſa couronne comme des flammes : on voit derriere un piedeſtal ſur lequel eſt la Diane d'Epheſe. Apollonie qui vient après, eſt ſelon toutes les apparences celle qui étoit auprès de Thyatire, & dans la Phrygie ; le marbre l'appelle *Apollonidea*, & Euſebe *Apollonia dia ;* je ne connois point les raiſons de cette appellation. Hyrcanie eſt auprès ; c'étoit une contrée & une ville qui avoit pris ce nom d'une colonie que les Perſes amenerent là de l'Hyrcanie ; elle étoit tout auprès des villes précedentes : je ne ſai pourquoi Tacite appelle ſes habitans les Macedoniens Hyrcaniens ; c'étoit dans la Lydie, *Hyrcanus campus in Lydia*, dit Etienne de Byzance. Moſthene qui ſuit, étoit encore une ville de Lydie ; elle tient je ne ſai quoi à la main. Ægé ville d'Eolie eſt déſignée auſſi par une femme qui tient un bâton d'une main, & je ne ſai quoi de l'autre ; elle eſt couronnée de creneaux, comme ſont ordinairement ces femmes qui repréſentent les villes de l'Orient. L'inſcription gâtée n'a plus que le dernier E. mais il ne faut pas douter que ce ne ſoit Ægé. Hieroceſarée la derniere de toutes, eſt une femme couronnée comme la précedente.

---

exiſtimo : ab alio inſcriptionis majoris latere mulieri ſuppoſita inſcriptio, cujus duæ poſtremæ ſolum literæ ſuperſunt ..... I A. Magneſia erat. Philadelphia in altero ex minoribus lateribus eſt, ejuſque nomen ſanum *Philadelphea*. Tmolus aut Timolus mons, viri ſpeciem præfert, & ad latus habet vitem arboris more uvis onuſtam. Hic inter reſtauratas urbes ponitur, quia cum admodum cultus fertiliſque eſſet ſecundum ſcriptorum teſtimonia, in eo haud dubie habitacula ædificiaque erant terræ motu proſtrata, poſteaque ab Imperatore reſtituta. Cyme mulieris forma exhibita nomine gaudet ſano. Temnos etiam mulieris ſpeciem præfert baculum tenentis. Cibyra galeata eſt haſtamque tenet ut Minerva, quæ haſta utrinque ferro acieque munitur. Myrina caniſtrum tenet ; Epheſus ramum unde poma duo erumpunt, aut fortaſſe duo papavera : ea coronata eſt, ex ejuſque corona quaſi flammæ exeunt : pone illam ſtylobates eſt, cui impoſita Diana Epheſia. Apollonia quæ ſequitur ea ipſa eſt, ut putatur, quæ prope Thyatiram in Phrygia ſita erat : in marmore Apollonidea vocatur, & apud Euſebium Apollonia Dia, cujus denominationis cauſam non novi. Prope eſt Hyrcania : eratque nomen agri urbiſque in quam Perſæ coloniam ex Hyrcania tranſtulerant : urbibus ea ſupra memoratis vicina erat. Neſcio quare Tacitus ejus incolas vocet Macedonas Hyrcanos ; in Lydia erat urbs atque ager ; *Hyrcanus campus in Lydia*, inquit Stephanus Bizantius. Moſthene ſequens urbs Lydiæ item erat : hæc manu neſcio quid tenet. Ægе urbs Æoliæ deſignatur item muliere, baculum altera & neſcio quid altera manu tenente : ea muris pinniſque coronatur, ut mulieres aliæ quæ Orientalium urbium ſymbola ſunt. Inſcriptio labefactata ultimam literam E retinet, nec dubium quin ſit Æge. Hierocæſarea ultima omnium, mulier eſt muro ſimiliter coronata.

CHAPITRE XI.

I. Symboles de Smyrne & des villes voiſines. II. De Nyſſe & de pluſieurs autres villes & regions. III. De la Syrie & de la Phenicie.

Pl. CXIX. I. NOus allons voir en particulier pluſieurs villes Greques de l'Aſie. L'Aſie elle même ſe voit repréſentée comme une femme tenant je ne ſai quoi entre les mains. La ville de Smyrne eſt repréſentée en Amazone ; on dit en effet que c'eſt une Amazone qui l'a fondée : à ſon revers elle a un lion. On croit que dans la medaille ſuivante de Smyrne, la tête cornue eſt de Bacchus cornu ; nous avons déja vu dans le premier tome Bacchus avec des cornes ; au revers ſont les deux Nemeſes dont nous avons déja parlé au chapitre de Nemeſis. Epheſe a un cerf, qui eſt le ſymbole de Diane auſſi bien que d'Epheſe. Diane étoit la principale marque de la ville d'Epheſe, comme nous avons vu au tome premier ſur Diane. Phocea a d'un côté une tête de femme tourrelée, & de l'autre un poiſſon qu'on appelle Phoca, ou la femelle qu'on appelle Phocæna ſelon le ſentiment de Beger, qui s'appuie ſur ce paſſage d'Ariſtote, ὁμοίως δὲ τῷ δελφῖνι καὶ ἡ φώκαινα, la Phocene reſſemble au Dauphin : celle ci lui reſſemble en effet ; les anciens aimoient fort ces alluſions de noms, telle qu'eſt ici celle de Phocea à Phoca ou Phocæna. Un loup ſemble vouloir dévorer ce poiſſon. Myrina a d'un côté la tête d'Apollon, & de l'autre, à ce que quelques-uns croient, la Pythienne. Pergame a d'un côté Minerve, & de l'autre Eſculape. La ville de Sardes a Bacchus d'un côté, & le lion de l'autre. La colonie de Troade avoit d'un côté une tête de femme avec des tours ſur la tête, & de l'autre un cheval. Les Meoniens avoient d'un côté une tête couronnée de laurier, & de l'autre Diane d'Epheſe.

Pl. CXX. II. La ville de Nyſe ou Nyſſe a un ſymbole fort ſingulier d'un taureau porté par un grand nombre de jeunes gens nus ; on croit qu'ils le portent pour être immolé ; c'eſt apparemment une coutume du payis. Pruſa a pour ſymbole une femme attachée à une roche ou à une montagne ; à ſes pieds eſt un monſtre marin : ſeroit-ce Andromede ? Tarſe en Cilicie a d'un côté une femme avec des tours ſur la tête, & de l'autre un homme ſur un animal peu reconnoiſſa-

---

CAPUT XI.

I. Symbola Smyrnæ urbiumque vicinarum. II. Nyſſæ aliarumque urbium ac regionum. III. Syriæ ac Phœniciæ.

I. JAm ſpeciatim plurimas Aſiæ urbes perſequemur. Ipſa Aſia repræſentata occurrit in nummis, ut mulier quæ manibus neſcio quid tenet. Smyrna Amazonis forma exhibetur : fabulantur enim ab Amazone conditam urbem : in poſtica facie leo. In nummo Smyrnenſi qui ſequitur, caput cornutum eſſe Bacchi putatur : Bacchos cornutos jam primo tomo vidimus : in poſtica facie duæ Nemeſes, de quibus jam diximus ubi de Nemeſi. Epheſus cervum habet Dianæ ſymbolum : Diana vero præcipua erat Epheſi teſſera, ut tomo primo in Diana videre eſt. Phocea ab altera parte mulierem turritam præfert, ab altera vero piſcem quem Phocam vocant, vel feminam piſcem φώκαιναν dictam, ut exiſtimat Begerus, nixus hoc Ariſtotelis loco lib. 4. c. 12. ὁμοίως δὲ τῷ δελφῖνι καὶ ἡ φώκαινα, *Phocæna delphino ſimilis*, in nummo certe delphino ſimilis eſt : apud Veteres autem ex ſimilitudine nominum ſymbola aliquando petebantur : hunc piſcem lupus devorandum invadere videtur. Myrina in una facie caput Apollinis habet, & in altera, ut quidam opinantur, Pythiam. Pergamus ex una parte Minervam præfert, ex altera Æſculapium. Sardeis Bacchum habebant ſymbolum & in averſa facie leonem. Troadis colonia, hinc caput mulieris turritæ, inde equum habebat : Mæonii ab una facie caput laureatum, ab altera Dianam Epheſiam.

II. Nyſa ſeu Nyſſa ſymbolum præfert ſingulariſſimum, taurum ſcilicet a nudis magno numero pueris geſtatum, atque, ut putatur, ad ſacrificium : erat haud dubie ceremonia eodem in loco adhiberi ſolita. Pruſa pro ſymbolo habet mulierem rupi aut monti colligatam, ad ejus pedes monſtrum marinum viſitur : an hæc fuerit Andromeda ? Tarſus in Cilicia ab una parte mulierem turritam habet, ab altera virum dorſo animalis cujuſpiam non noti pedibus inſiſtentem :

SYMBOLES DES VILLES GRECQUES DE L'ASIE

CXIX. *Pl. a la 196. pag. T. III*

Beger

Beger



Beger

Beger

Beger



Beger

Beger

Beger



Beger



Beger

SYMBOLES DE VILLES

Beger

Beger



Beger

Beger



Beger

ΑΥΤΟΚ· Κ·Μ·ΙΟΥΛΙ
ΦΙΛΙΠΠΟC ϵϵϚ

S.te Genevieve

Beger



Beger

Beger

Beger



Beger

Angeloni



Beger

SYMBOLES DE LA SYRIE ET DE SES VILLES

CXXI. *Pl. a la 198. page T.* III.

Beger



Beger

Beger

Beger



Beger



Beger



Beger



Beger



Beger

Beger



Beger

ble ; on croit que c'eſt Sardanapale fondateur de Tarſe. Mopſueſte a la tête de Jupiter, & de l'autre côté un autel flamboiant. Apamée a d'un côté une tête de Bacchus, & de l'autre un thyrſe. Samoſate dans un revers de l'Empereur Philippe eſt une femme couronnée aſſiſe ſur des roches, qui tient une aigle, & a un cheval à ſes pieds. La colonie de Boſtra a pour marque une femme avec la tour ſur la tête & une corne d'abondance. La medaille des Maronites a d'un côté un cheval, & de l'autre une grappe, marque que le payis étoit abondant en vin & en chevaux. Hierapolis a la tête de Bacchus, & de l'autre côté l'enlevement de Proſerpine. Au revers d'une medaille d'Auguſte on voit l'Armenie ſubjuguée, qui porte un bonnet Phrygien, & tient d'une main une pique, & de l'autre un arc. L'Armenie & la Meſopotamie ſubjuguées ſe voient auſſi ſur une medaille de Trajan ; ce ſont d'un côté deux Rois aſſis, & de l'autre la figure de l'Euphrate. On prend pour une medaille de Cyrene la ſuivante, qui a d'un côté une femme avec une couronne murale, & de l'autre une Minerve ; il n'eſt pas bien certain que la medaille ſoit de Cyrene.

III. Le ſymbole ſuivant eſt de la Syrie ; c'eſt une tête de femme tourrelée à l'ordinaire. Un des ſymboles de Sidon eſt une femme couronnée de tours, & au revers une aigle. Un autre ſymbole de la colonie de Sidon beaucoup plus ſingulier, eſt un petit temple qui va ſur des roues. Tyr a d'un côté la tête d'Hercule, que cette ville regardoit comme ſon fondateur, & de l'autre l'aigle & la maſſue, & dans un autre revers la maſſue ſeulement. Beryte eſt reconnoiſſable par le voile qui couvre ſa tête d'une maniere non ordinaire : dans une autre medaille de Beryte on voit d'un côté la tête de Jupiter, & de l'autre la foudre. La ville d'Antioche tourrelée à l'ordinaire a pour revers un autel flamboiant. Le palmier eſt le ſymbole de la Judée non ſeulement dans le revers qui ſuit, mais auſſi dans d'autres. Les Arcadiens ont une tête avec des tours à l'ordinaire, & au revers une Victoire qui tient une flamme de vaiſſeau. Pl. CXXI.

On pourroit faire un gros livre de ces ſymboles de villes, qu'on trouve dans pluſieurs monumens, mais particulierement ſur les medailles, où la même ville & la même region ont quelquefois plus de trente ſymboles differens : le Nil ſeul eſt repréſenté en plus de cinquante manieres. Ces ſymboles ſe trouvent ſouvent tous les mêmes pour differentes villes. On peut tirer de ces medailles, & ſur tout des Greques, de belles connoiſſances pour la Geographie ; on y recti-

---

putatur eſſe Sardanapalus Tarſi fundator. Mopſueſtia, in una nummi facie caput Jovis habet, in altera ignitam aram. Apamea in altera facie caput Bacchi, in altera thyrſum. Samoſata in poſtica facie nummi Philippi Imperatoris, eſt mulier coronata rupibus inſidens, quæ aquilam tenet, atque ad pedes equum habet. Colonia Boſtra pro ſymbolo exhibet mulierem turritam, & cornu copiæ. Nummus Maronitarum in altera facie equum habet, in altera uvam, unde ſignificatur regionem vini & equorum feracem fuiſſe. Hierapolis hinc caput Bacchi, inde raptum Proſerpinæ habet. In poſtica parte nummi Auguſti Armenia devicta viſitur tiaram Phrygiam capite geſtans, & haſtam arcumque manibus tenens. Armenia & Meſopotamia in poteſtatem populi Romani redactæ in nummo Trajani habentur ; ab una parte duo reges ſedentes viſuntur, ab altera Euphratis fluvii ſymbolum. Cyrenes eſſe nummus putatur, is qui ſequitur, in cujus altera facie mulier turrita, in altera Minerva : Cyrenes nummum eſſe non prorſus indubitatum eſt.

III. Symbolum ſequens Syriæ, eſt mulier turrita pro ſolito more. Ex ſymbolis Sidonis unum eſt mulier turrita pro more, & in averſa facie aquila ; aliud ſymbolum coloniæ Sidoniæ longe ſingularius eſt, parvum ſcilicet templum rotis impoſitum, ut vehi poſſit. Tyrus in una facie habet caput Herculis, quem ut fundatorem habebat ; in altera vero aquilam & clavam, & in alio nummo clavam tantum. Berytus inſignis eſt a velo caput mulieris more non ſolito operiente ; in alio Beryti nummo caput Jovis conſpicitur, & in averſa facie fulmen. Antiochia quaſi mulier pro more turrita, in averſa facie aram habet ignitam. Palma arbor Judææ ſymbolum erat, non in nummo tantum hic propoſito, ſed etiam in aliis nummis. Arcadii caput turritum vulgari modo pro ſymbolo habent, & in averſa facie mulierem apluſtre tenentem.

Ex hiſce urbium ſymbolis quæ in monumentis, præcipueque in nummis occurrunt, ingens poſſet liber adornari : in nummis enim urbs eadem aliquando plus quam triginta ſymbola notaſque habet ; Nilus autem modis plus quinquaginta repræſentatur. Aliquando etiam ſymbola eadem ad diverſas urbes ſpectant. Ex hiſce nummis præcipueque ex Græcis, notitiæ ſingulares ad Geographiam ſpectantes erui poſ-

ſie les noms de pluſieurs villes corrompus dans les Geopraphes imprimez. On y apprend auſſi bien des noms de villes qu'on ne trouve point ailleurs. Dans quelques-unes on apprend le nom des rivieres ſur leſquelles elles ſont ſituées. Les Geographes y trouveront beaucoup d'autres utilitez qu'il n'eſt pas neceſſaire d'exprimer ici. Nous nous contenterons d'avoir donné les ſymboles les plus ordinaires & les plus remarquables des payis, des roiaumes & des villes principales.

ſunt : vitiata apud Geographos editos nomina eorum ope reſtituuntur. Multa etiam urbium nomina apud ſcriptores non memorata occurrunt ; in nonnullis etiam fluviorum juxta quos ſitæ ſunt urbes : multa quoque alia hinc commoda ad Geographos accedent, quæ hic memorare neceſſarium non eſt. Satis erit nobis ſymbola regionum & urbium præcipuarum commemoraſſe.

Fin de la premiere partie du troiſiéme Volume.